

DISSERTATIO PHILOSOPHICA.

Disquirens

UTRUM ET QUOMODO

POLYGAMIA

POSSIT DICI

JURI NATURALI

ADVERSA?

Quam

AUXILIO SUMMI NUMINIS

Et

*Annente Amplissimo Philos. consensu,  
in Regia, qua Abaa floret, Universitate,*

Sub PRÆSIDIO

VIRI Amplissimi

DN. ERICI FALANDRI,

Orientalium Ling. Prof. celeberr. hoc anno

Rectoris Acad. magnifici, Promotoris & Præce-

ptoris pio animi cultu semper suspiciendi,

*Pro consequ. in Phil. honoribus, placido eruditorum*

*examine, ea, qua par est, modestia, submittit*

ISAACUS Pöhlman.

In Audit. Max. d. 24. Martij Anni 1682.

ABOÆ,

---

Excusa à JOHANNES L. WALLIO, Reg. Aca-  
demie ibidem Typographo.

S.<sup>æ</sup> R.<sup>æ</sup> M.<sup>is</sup>

REGNIQUE SVETICI  
SENATORI,

LEGATO IN GERMANIAM  
EXTRAORDINARIO;

ET COLLEGII CANCELLARII  
DIRECTORI,

JUDICI PROVINCIALI INGER-  
MANNIÆ ET KEXHOLMIÆ,

*UT ET*

REGIÆ ACADEMIÆ ABOENSIS  
CANCELLARIO,

*ILLUSTRISSIMO SIMUL AC EXCEL-  
LENTISSIMO DOMINO,*

**DN. BENEDICTO**

*Grenstierna/*

*COMITI*

*DE Korsholm ET Wasa:*

*LIBERO BARONI*

*AD Möörby/ ET Lindholm;*

*DOMINO*

*IN Capurien/ ET Cattila.*

**MÆCENATI SUO MAXIMO.**

CELSISSIME COMES  
DOMINE CLEMENTISSIME.



Ustinet hæc disser-  
tatio, illustri celsis-  
simi nominis Tui  
splendore, suam  
condecorare fron-

tem, Procerum Illustrissime, tanti  
fideris fulgore suæ obscuritati lu-  
men, præsidium & ornamentum  
quæsitura, quæ quanto verecun-  
diæ rubore suffundatur, quam  
religiosa trepidatione paveat,  
quamque anxia inter metum &

fiduciam dubitatione fluctuet,  
dum venerabunda tantum tutela-  
re Numen humilima sibi conci-  
liare parat subjectione, etiam ele-  
gantiarum ornamentis comptæ  
orationis suavitate explicari posse  
desperaverim. Oculis enim pa-  
vidæ mentis assiduè obversatur  
misera infelicissimi senis conditio,  
quem elegans Poëtarum comen-  
tum, fingit Caucaſo alligatum in-  
curvis vulturum ungvibus & ad-  
unci lacerationibus rostri, post  
iteratas innummeris redituras vi-  
cibus discerptiones, quotidie ite-  
rum iterumq; nascitura præbere  
viscera: cujus supplicii atrocitate  
horrendas luit audaciæ pœnas,  
quod non veritus fuerit cœlo sur-  
reptum ignem ad mortales de-  
ferre. Consimilem sortem, Illu-  
strissime Comes, diffidentia Cau-

caso alligari viscera ne à sollicitu-  
dinis anxie experiantur lacera-  
tione, quod in Procerum aulus  
ascendere cœlum, tennes tenuissi-  
mi ingenii primitias gratiosissimo  
lucis cujusdam diviniore jubare  
irradiari desiderem, aliquamdiu  
metuebam. Istius tamen timoris  
impetum, tremebunda concu-  
tientem vitalia, sensim minuit  
nunquam cessaturis laudum en-  
comis concelebrandus Tuæ Exel-  
lentie favor, quo animis suppli-  
cum, pulsis trepidi metus tene-  
bris, liquidissimam inducere soles  
serenitatem, ut in amorem tam  
propitii Numinis mecum admi-  
rabundi rapiantur. Suscipe igitur,  
Celsissime Comes, exiguos thuris  
honores, quos aræ benignitatis  
Tuæ, subjectissima animi venera-  
tione, imponit clientulorum mi-

nimus, cumq; arduorum intervalla negotiorum minimè otioso inter Musarum amplexus otio dispūgere licuerit, istas pagellas benignis oculorum luminibus respice. Non diffiteor indignos esse easdē, quæ augusti vultus Tui conspectum, subeant, quippe qui bonas horas iis collocare didicisti studiis, quæ arcanae sapientiæ profunda eruditione cordatum pectus usq; adeo imbuerunt, ut tot artes, quæis domi militiæque rempublicam, cui sustentandæ fatum te tantum Heroa adhibere voluit, ornasti, jam dudum Tuam Excellentiam seculorum admirationi objecerint. Interim tamen, cum sciam in summo rerum humanarum fastigio collocatos, plebejis interdum delectari rebus, Celsissimam Tuæ Excellentiaē magnitudinē minu-

tas hæc non planè contempturam præscinè confido: præsertim cum non prodigiolo figurarum studio ampullantis eloquentiæ apparatus, sed ingenua stili humilioris simplicitate id excutiant argumentum, de quo, ne quidem inter summa magnatum ingenia adcuratoris studii disquisitio omitti solet, cum à curis interdum gravissimis quasdam veluti ad refectionem inducias sibi impetrant. Et quemadmodum iis animum spei plenum pascunt cogitationibus nostrates Academici, Te Illustrissimum Comitem esse indefesum illum Athlanta, cujus humeris ad felicitatis, gloriæ & famæ publicæ fastigium, attollatur Abonense hoc Palladium; ita meam parvitatem, qui decenniū & quod excurrit in ejusdem fovebar sinu,

gratiæ Tuæ Celsitudinis suaviter  
aspirante favonio refocillare ne  
grave ducas. Summus rerum mo-  
derator Tuam Celsitudinem secu-  
li Præsidium, illustrissimæ familiæ  
columen, Maximum Musarum  
Patronum, maturo Sacræ Regiæ  
Majestatis consilio, summis Regni  
negotiis admotum, in prolixam  
annorum seriem, salvum, sospi-  
tem & incolumem servet, quod  
humilimæ mentis ardentiori affe-  
ctu vovet

*Tuæ Celsitudinis*

Aboæ 16. Martij,  
Anno 1682.

*Devotissimus cultor*

ISAACUS Pijlman.



Κύριε τὰς ἐν φιλοσοφίᾳ πρᾶς δεξιόμενε  
ἐν τῷ ἐνθάδε διδασκαλείῳ ἀναγνώσασθε  
περὲχων

Γ Σ Λ Α Κ Π Ρ Ξ Ω Ω Ν Ν

Φίλε καὶ περὶ τῆς σὺν ἡρώσει πλείστον τίμιε

Περὶ τῆς τῆ φύσει δικαίας πάντες μὲν λέγουσιν  
ὀλίγοι δὲ τῶ τὸ δίκαιον συνίσθιν, ἐλάχιστοι  
τὰ τῆς κεκρυμμένα ἐξελάζειν σπευδάζουσι.  
ἔ μείνοι τῷ ἀνθρώπινῳ γένει ἑτέρα ἕξις χρη-  
σιμώτερα ὄσι, ἄνευ γὰρ ταύτης ἕδεις ὀρθῶς  
διακρίνει τί καλόν, τί αἰσχρόν, τί δίκαιον,  
τί ἀδίκον, καὶ συλλήβδην, πᾶσαι ἡ πολιτικὴ φρόνη-  
σις δίκαια τῆς τῆ δικαίας γνώσεως σφάλλεται  
ἐξαμβλῆται. Σὺ δὲ τὰ περὶ τὸν κοινὸν νόμον περὶ  
πλείονος ποιήσας, ἔ μόνον τᾶύτην τὴν τέχνην  
ὀρθῶς ἔμαθες αὐτὸς, ὅπερ παρῶσαι, πεί πο-  
λυγαμίας ἐναντίας ἕσης τῷ θεῷ, τῷ τε ὑπὸ  
ἀνθρώπων πεποιητῶ νόμῳ καὶ τῷ τῆ φύσει  
ἐνόμῳ, ἐπιδέκνυσι διάσκεψις, ἀλλὰ καὶ τῷ  
Σὺ πᾶσα δείγματι περὶ τὸ αὐτὸ ποιῆσαι τῆς  
συμμάχως πᾶσα καλῆς. Συνήδομαι σοὶ  
χωρὶς προσποιήματος εὐτυχικανταῖς Σὺ σπευ-  
δαῖς προσυξάμην. Ἐρῶσθ!

ERICUS FALANDER.

AD VIRUM-JUVENEM

*Solidioris eruditionis laude & cursu vita  
integrioris eximium,*

DN. ISAACUM *Pöhlman*

Sanioris Philosophiæ Candidatum  
dignissimum; in Schola Cathedrali A-  
boënsi Lectorem & Cantus Figuralis  
Rectorem solertissimum, popularem  
meum sincerè dilectum;

*Pro summis in Philosophia honoribus  
de questione haud quaquam vulgari, eruditè  
differentem;*

**H**Atenus ancipiti *Pöhlman* vexate  
labore,

Ducitur in thalamos Virgo venusta tuos:  
*Castra Sophia* quidem primum; mox altera  
molles

Offert amplexus, explicat ipsa sinum.  
*Tertia* nec deerit, patriis quæ te usibus  
aptat,

Tegmina cū victu suppeditare valens.  
Dissimulat verbis, quod facto compro-  
bat ipse

ISAACUS *Pöhlman*/mox quia *πρόξενος*.

*Subito sed gratulabundus transmisit  
joco serio*

JACOB. FLACHSENIUS.


**E**GO cum duper in colloquiis Eras-  
micis de HARPALI istius EQUITIS AB  
AUREA RUPE, sordida origine, superbo  
animo, tum artibus, quibus putavit se ob-  
tenturū nobilitatis imaginem, multa ju-  
cunda legerē, sic cœpi mecum cogitare:  
si eo tempore tanta vanitas, tanta opini-  
onis larvā, mentes mortalium implevit,  
quid nunc fiet cum in finem inclinat  
mundus, cum plerorumque animi, ni-  
hil quicquam dulcius habent, quam  
quā vocibus, quā gestibus, quā titulis  
ineptas gloriolas emendicare? sanè in  
ipso eruditorum Regno, si fas est inter  
tot mala seculi, veritatem proficere,  
etiam illa inveniuntur ingenia, quæ  
spreto omni pulchro honesto, exiguā  
literarum umbra, speciè doctrinæ falla-  
ci profiliunt in publicum, obtenturi  
haud dubiè titulos & honores Academi-  
cos, & cum tria didicerint disciplinarum  
præcepta, quatuor omnino e lexicis  
phrases, jamque cum latinis vocabulis  
quasdam locutiones peregrinas miscue-  
rint, de ipsis sapientiæ doctoribus ar-  
bitri sedent, pronunciant elogia, cumu-  
lant judicia. Ut nihil dicam, quanta  
ignavi

ignavi moris turpitudine vitam illorum  
obsidet, dum pro bonis scientiis, quas  
debent publico, nescio quæ crepita  
in invisibili phantasmata<sup>rum</sup> consensu ex-  
cogitata auribus eorum, qui tacite apud  
se rident tam præclara dogmata, incul-  
cant. Hi sanè inter doctos eum locum  
tenent, quem inter veros nobiles *Har-  
patus ab aurea Rupe*. Tu vero Mi *Pyl-  
nian*/ qui ab omni vesano ritu, & Vanâ  
eruditionis persuasionem alienus semper  
fuisti, consecrando alta & solida; nunc  
de Veritate istius argumenti disputas,  
quod sanxit Deus, & confirmavit Chri-  
stus. Judicent de te quidquid volue-  
rint Agrestes, qui omnem doctam no-  
vitatem, omne pulchrum augmentum  
è cæco adfectu castigant; Ego qui tuum  
Candorem novi, Tuam prudentiam  
æstimo, Tuæ amicitiaæ adhærebo, ut  
dudum didici, *nihil tam circumspectè scri-  
bi, quod non aliqua ex parte pateat calumnia*,  
ita hodie nec illud animum meum fugit, Te di-  
disse omnia delicata somnia, generose contem-  
nere; quippe *nihil mendacius odio, nihil vanius ira,  
nihil fragilius invidia*. Quod putat

*Tui nemini estimator fidelis*

D. ACHRELIUS

# P R Æ F A T I O.


 Uod, publici speciminis loco, benigno  
 eruditorum exanimi comitto, exerci-  
 tiū, fateor primore tantummodo aspe-  
 ctu esse delineatum, eò quod non licuerit mihi  
 varias ob causas id uberius accuratiusque ex-  
 equi. Nam & ingenii acies obtusa non potuit  
 ad rei, conatus vulgaris industria eludentis,  
 penitiorum pertingere notitiam, cujus interi-  
 orum latebras recessuum, non nisi penetrans  
 subtilis, iudicii acumen sibi iuxta ac aliis, fe-  
 licissima commentationis opere prorsus utili  
 patefecerit; & sterilis eloquii jejuna vis ne-  
 quirit vivis colorum schematibus expressum  
 venere delicatiorum palato offerre, quod fa-  
 cundia singulari gratiarum genio decora  
 suavitate, Tulli modulatissimis innutritus  
 vocibus, miro omnium applausu, oculis eru-  
 diti orbis subjecerit. Nec parum successus  
 mei laboris, in concinnanda vili hac opella,  
 sufflaminavit deploranda, in hisce quidem  
 oris, supellectilium, ad accuratiorem hujus præ-  
 fertim argumenti evolutionem spectantium,  
 inopia, quæ simul cum latentibus intricata ma-  
 teria nodis identidem sollicitæ mentis obver-  
 sant oculis, difficultatem istius exercitii eò  
 ob-

obrensura videbatur, ut meos sustinenda huic  
moli prorsus impares agnoscerem humeros.  
Quam ob rem arrepta in omnia obtredatio-  
nis malignum formidans dentem, in perpe-  
tui legem silentii memet libenter indurassem  
sed intercessit hisce cogitationum fluctibus  
voluntas Amplissimi chori philosophorum, cui  
qualescunque in literarum studiis profectus,  
defensione dissertationis in vulgus edita,  
approbare tenebar. Argumenti vero istius  
potissimum amorem mihi conciliavit, candida  
humanitatis plena auctoritas Maximè Re-  
verendi cujusdam viri; cujus ingenuo favore,  
plusquam paternis consiliis, profunda eru-  
ditionis informatione, cum iis diu Me gavi-  
surum Sperarem, me opinione celerius orba-  
vit provida summi Numinis cura, quæ cum  
majoribus adhibuit rebus. Et licet aliquo-  
ties eâ, quâ par erat, honoris præfatione in-  
finuarem talibus non innutrito studiis, &  
quibus opus esset, subsidiis destituro, val-  
dè difficilem futuram argumenti istius ela-  
borationem, cujus dignitas attaminaretur  
jejuno nimis tractandi genere; & quam à  
felicissimi meletematibus ingenii ornamenti  
gratiam expectaret, ea ab infelici manu  
atrâ obvolveretur obscuritatis umbrâ. Per-  
sistit tamen in ea, cujus semel auctor extitit,  
sententia vir Magnus summaque animi ve-  
neratione mihi nunquam non suspiciendus,  
dicere

*dicens, in difficilioribus etiam conatus in-  
notuos non nisi virulenti oris acerbo traduci  
cōvitio, quod bonæ intentionis umbone defen-  
sus non magnoperè sibi metuendum existimat,  
cum intelligat pulchrum esse in ardua ten-  
dere, etiamsi sentibus horridum, saxis con-  
fragosum, fluminumque vortitibus interci-  
sum iter, emenso ejusdem aliqua parte, quem  
fatiget priusquam ad sublime ardui montis  
supercilium evadat. Superavit ingenii faci-  
lioris verecundiam ratio tam salubris consi-  
lii, eoque melius nutantem in diversa ani-  
mi propensionem ad sæpe interruptas revo-  
cavi cogitationes, quod hæ meditationes non  
planè contemnendam spondebant utilita-  
tem, manducentes me ad studium juris na-  
turæ, cui diligentius incumbendi omnis, ad  
hæc usque tempora, mihi prærepta fuit occa-  
sionis commoditas. Quin & nolui planè  
hospes esse in ista controversia, quam, non  
tantum inter eos, qui Musarum suavissimo  
nectare sua aut aliorum irrigare amant ora;  
verum etiam illos quoque, qui ab Helicone  
remotiores celebri exercentur actu, magna in-  
terdum contentione agitari audivi, cum in  
mollissimis Salanæ universitatis lærerem  
plexibus. Ansam novitate rei commotis  
prebuit ingenii, infelicissimi laboris stultis-  
simique consilii auctor, qui, quoniam domi  
sua pestilentissimæ hæresios virus ex animi  
sen-*

sententia disseminare nequivit, nutricem  
sui patriam propugus & perosus varias huc  
illuc vagabundus pererravit regiones, ante-  
quam Regia Sveonum metropolis tecta vul-  
pino subiret animo. Postquã eò venisset, reli-  
giosa, si Diis placet, mentis agitationes, de  
conjugio, Friburgi Anno 1679 editas, emẽtito  
Theophili Alethei nomine, instar aurei cujus-  
dam munusculi Magnatibus & quibusvis aliis  
obtulit, quibus magno hic vanitatis, institor  
mali moris, architectus fraudis & exemplum  
levitatis, ut Bœclerianis eum perstringam  
verbis, viris persuadere conatur, non modò  
ut plures sibi societate conjugali adjungant  
uxores, cum id facere lege prohibeantur  
nullã. Sed, ut magis suam prodat impudenti-  
am, veluti importunus dictator, conscientias  
eorum ineptissimo obligationis vinculo ad hoc  
quod svadet, non intermittendum obstringit  
Hoc coorta exordio contentionis ferra, que de  
hac materia hısce potissimum temporibus pas-  
sim reciprocatur, hoc sidere mota tempestas,  
que, sine dubio, in quorundam animis dubi-  
tationum fluctus concitavit. Ut itaque quid  
in interiori recessu haberet hæc disputatio  
perviderem, in ea perpendenda tenuissimi vi-  
res ingenii periclitari placuit. Ista vero qua-  
liacunque tandem sine ab eis potissimum can-  
didam expectant censuram, qui humanã ani-  
mi equitate in dijudicandis aliorum scri-  
ptis utuntur.



CAPIŒ PRIMUM.

§. I.

**P**olygamia vocabulum genus ducit à græco πλὺ & γάμ, ex quibus conflata vox plures denotat nuptias. Polygamum itaq; rectè dixeris eum qui, non soluto prioris conjugii vinculo, plures sibi tori consortes, frequenter nuptias iterando, adjungit. Huic oppositum μονογάμος vocabulum (quod utrum Græcis fuerit usurpatum, graejæ licet sit originis, nolumus hac vice superstitionè disquirere, id laboris aliis relinquentes, qui otio & subsidiis non destituuntur, nobis sufficiet Clementis Alexandrini meminisse, apud quem hanc vocem inveniet, cui volupe fuerit quærere, in ea significatione positam quam nos hic adhibemus) eodem temporis tractu non nisi uni facto conjugii foedere junctum junctamve designat. Δίγαμος autem is rectè salutatur qui duarum simul foeminarum est maritus, neque enim album addi-

Clem.  
Alex.  
Strom.  
lib. 44

2 mus calculum Bellarmino contendenti  
Lib. I. de eum esse digamum, qui uni quidem adglu-  
Clericis tinatus est uxori, sed antea viduæ, aut cui  
cap. 24. vitium prius fuit oblatum.

IN REBUS. II.

Ne à recto veritatis tramite in errorum  
devia abripiamur, exquisitiori videndum  
cura, utrum significationis aliqua hic oc-  
currat varietas? In eo dispiciendo dum  
sumus occupati, deprehendimus vocem Po-  
lygamias i. Laxo capacioris spatii ambitu  
circumfundi, ut ejusmodi denoret matri-  
monii conditionem, qua unus vir non qui-  
dem tempestate eadem, sed successivè cum  
duabus pluribusve connubii tenaci gluti-  
ne conjunctus ætatem degit foeminis, vel  
mulier una pluribus adstrictiori conjugii  
nodo devincta est viris, non simul sed uni  
post alterum. Quod usu venire existiman-  
dum tori consorte priori humanis rebus  
ademptâ, vel ob pollutum furtivis ample-  
xibus lectum conjugalem, justo divortio  
repudiatâ, vel deniq; sine prægnantio-  
ri causa ex mera animi pravitate desertâ.  
Hanc acceptionem, nisi mens læva plu-  
ribus, convitijs rem istam proscinden-  
tibus, esset, saniori sensu intellectam  
tolerare possemus; interim si dicendum  
quod res est, successiva hæc conjugum  
unio, polygamie vocabulo commodè  
non

non exprimitur, quia vitium ei per se nequaquam adhæret, quantumvis infestum fuerint ad secunda transeuntibus vota, non tantum luce verbi divini destitutæ Ethnicorum vanissimæ gentes, sed & intra Ecclesiæ gremium, varijs opinionum monstris delusa Hæreticorum turba. Portia enim minor invidebat laudibus moratæ alias foeminæ, eam tantum ob causam, quod post mortem mariti alij cuidam nupsisset, asseverans *felicem & pudicam mulierem non nubere nisi semel.* Charondæ lege cautum erat, ne in senatorium ordinem reciperetur qui noxeram liberis superinduxisset. Brevitatis studio recensere nolumus Montanistas, Novatianos, Gregorianos, qui spiritu vertiginis correpti, suæ acerbitalis virus in secundas nuptias evomverunt; horum catalogum si quis novisse desiderat, ei ex voto satisfaciet Beatus Gerhardus. 2. Angustioribus terminorum cancellis coarctari, ita ut secundum genuinam vocis indolem talem indicet conjugij statum, in quo vel plures foeminæ uni viro, foedere cohabitationis inito, adhærent, vel virorum multitudo uni uxori obnoxia est, non quidem serie aliqua successio- nis, sed simul, unde etiam polygamix simultaneæ nomine venit.

Erasmus  
Apoph.  
lib 8.

Diod. Sic.  
cul. lib.  
12. Biblio-  
oth.

Gerhard  
Tom. 7.  
tract. de  
Conjug.  
§ 189.  
page 97.

Boecler.  
Inst. Pol.  
lib. 1, cap.  
2. de fo-  
ciet. cons-  
jug p. ma-  
23.

Mirum fortassis cuiquam videri possit quod plures simul uni foeminae viros ad-  
jungi insinuemus, cum tamen vix inve-  
nire liceat tam absurdae conjunctionis  
exempla in consuetudinem perducta. Fa-  
temur equidem ejusmodi commixtionis  
foeditatem esse tantam, ut vix in homi-  
nem cadere videatur istius sceleris a-  
trocitas, non tamen potuimus mentio-  
nem ejus sicco plane pede praeterire,  
cum rerum consignatores asseverent eam  
caecitatis & dementiae progressam esse  
hominum quorundam impietatem, ut  
ab hac turpi seminum commixtione sibi  
non temperaverint, praeterquam enim  
quod Aeneas Sylvius veterum Litvano-  
rum nobilibus foeminis hanc consuetu-  
dinem tribuit, quod licuerit eis *marri-  
monij adjuutores* suis maritis adsciscere,  
memorat quoque Ludovicus Romanus  
Patritius citante eum Siricio in Regno  
*Calechut idolorum cultoribus hunc mo-  
rem receptum esse, ut una foemina septem  
nubat viris, qui ad consuetudinem cum  
illa habendam noctes alternent, ubi au-  
tem mulier illa prolem enixa est, mittit  
eam cui ex septem viris placuerit, tanta  
namq; est auctoritate praedita, ut ex e-  
jus assertione nulla desur provocatio.*

Aeneas  
Sylv. in  
descripti-  
one Eu-  
ropae 20.  
Siricio. c. 1.  
tract. de  
un. uxor.  
Lud. Ro-  
Patr. lib.  
5. Navig.  
Ind c. 8.

Præterea polygamiam ex parte uxoris  
 sapit, cum ea sine prægnanti divortij  
 causa, à marito per injustam dimissionem  
 sejuncta, alterius viri sit uxor, vel spon-  
 te sua, non sine summo injuriæ crimi-  
 ne, justo marito nuncium mittens, ad  
 alia pacta transit. Non diffitemur Ro-  
 mulum, ut habet Rosinus ex Plutarcho,  
 legem sanxisse, quæ virorum licentiæ  
 frænum plusquam par est relaxat, fœ-  
 minis vero ex diverso adimit omnem di-  
 scedendi à maritis facultatem, modo il-  
 lis uxorem retinere placuerit; nihilomi-  
 nus tamen hanc invaluisse apud eos quo-  
 que consuetudinem, ut mulieri esset in-  
 tegrum potestati mariti se subtrahere,  
 eiq; sive præsentis, sive absentis nuncium  
 mittere, colligere licet ex Martiali qui  
 ita canit:

*Mense novo maji veterem Proculeja ma-  
 Deseris atq; jubes res sibi habere suas*  
 Quid dicendum de Herodiade, cujus  
 meminit sacra pagina, annon polyga-  
 mos erat? cum eam per ἀπόλειψιν legi-  
 timo toro egressam, Herodes sibi sociavit.  
 Ad hanc classem, si Josepho fides habenda,  
 non immerito quis retulerit Salo-  
 men pessimi Regis improbam sororem,  
 quæ sustinuit mittere libellum repudii

Rosinus  
 lib 5. An-  
 tiq. Roma  
 cap. 38.

Martial.  
 lib. 10. Ep-  
 igr. 41.  
 Matt 14.  
 v. 3. 4.  
 Marc. 6.  
 v. 17.  
 Joseph.  
 Antiq.  
 l. 15. c. 9.

Costobaro Idumææ præfecto. Non est  
 autem ut ambigamus uxorem domo ma-  
 riti injustè ejectam, vel ultero egressam,  
 si alteri nupserit, *πλούραμοι* esse. Cum  
 arctissimum ex sanctione divinâ conjun-  
 ctionis vinculum, & plus quam Gordium  
 nodum, temerario ausu, nefandæ libidinis  
 gladio, ruptis castissimæ fidelitatis lo-  
 ris, solvere conetur, potestatem sui cor-  
 poris, quam legitimus maritus secun-  
 dum verba primæ institutionis sibi soli  
 jure vendicat, alteri nefariè concedendo,  
 quo factò execrandum illud alienæ libidi-  
 nis mancipium se communem facit utri-  
 que viro, cum posteriorem priori exæ-  
 quare nitatur; istius enim ex mente Dei  
 legitima est conjux, hujus vero nequa-  
 quam justa, quantumvis ab hominibus,  
 qui turpe hoc factum favore & patrocini-  
 o dignantur, ratum habeatur tale ma-  
 trimonium. In hujus rei turpitudinem  
 sic invehitur Seneca: *Numquid jam ul-  
 la repudio erubescit, postquam Illustres  
 quedam ac Nobiles femina non consulum  
 numero sed maritorum annos suos com-  
 putant, & exeunt matrimonij causa, nu-  
 bunt repudij? Quanam quæstio alia si non  
 hæc polygamios dicenda, quæ marito-  
 rum numerum iniens, propter repudio-  
 rum*

Seneca l.  
 3. de bes-  
 nef. c. 16.

rum frequentiam, atq; illegitimè iteratas nuptias, potest simul superstites octo maritos numerare? Hæc ad probandum apud gentes nonnullas polygamiam ex parte uxoris fuisse in usu, attulisse sufficit, relicto penes intelligentes iudicio de ijs mulieribus, quarum mariti, postquam ipsi, quot optarunt, liberos sustulissent, uxores suas alijs quærendæ prolis ergo concedere non dubitarunt, sicut Catonem fecisse testis est Plutarchus.

§. IV.

Præterea videtur exemplis quibusdam ostendi posse, polygamiam ex parte utriusque conjugum, aliquot populis usitam fuisse, ut nihil dicam de communi-  
*one uxorum, quam olim apud Arabes viguisse testatur Cælius Rhodiginus, ne vero plures ad unam ingrederentur, placuit ei qui antevertit, baculo ante ostium posito, reliquis significare se cum ea jam consuescere, quem ubi conspexissent cæteri congressui parcebant, nec non apud Britannos Julius Cæsar his verbis: Uxores habent deni duodeniq; inter se communes, & maximè fratres cum fratribus, parentes cum liberis: in permutatione uxorum evidens habemus exemplum istius polygamie, cum maritus*

Plutarchus in Catone uticenti fol. 290.

Rhodig. lectione Antiq. l. 17, c. 28.

Commèe de Bello Gal. l. 5, p. m 131.

g  
compertæ fidei amico ad declarandam  
necessitudinis constantiam, suam jungit  
vitæ sociam, qui vicissim terti confor-  
tem sibi antea junctam, ne animi prom-  
ptitudine altero sit inferior, ad amicum  
ire jubet, ut cum ea cohabitaret, cui ma-  
ritorum voluntati non intercedunt uxores,  
sed ijs dicto audientes sunt, quem-  
admodum colligere licet ex verbis Ludo-  
vici Româi Patricij a D. D. Siricio adductis.  
*Patricij inquit & Negotiatores in Regno  
Calebant hunc morem inter se servant.  
Fit quandoq; ut jure amicitie alter al-  
terum miro affectu prosequatur. Propte-  
rea, quibus sunt uxores, amicis nonnun-  
quam complacitum est per speciem majoris  
conjunctionis, uxoribus commutandi o-  
peram dare: stultorumq; lingua mutuo  
se compellant in hunc fermè modum: Heus  
su amice, conjunctissimè viximus. At ille  
ita diutine conjunctius amicitive vivere  
nequivimus: Et rursus alter: Verumne  
loqueris, cum asseris te mihi amicum esse  
optimum? Sum inquit ille. Et idem  
priori: Mehercule diligis me? At socius  
amo te medius Fidius. Tum ille, com-  
mutamus uxores ea lege ut tu mea ego  
tua potiri queam. Tum altera, in tu seriod.  
Cui ille, ita per Pollucem. Concedamus  
inquit socius domum meam, quo ubi per-  
ven-*

lib 5. Na-  
vig. In-  
dic. c. 8.  
Siric.  
cap. 1. de  
un, ux.



ventum est, alter eorum inclamat uxorem. Accede inquit mulier huncq; sequere: quoniam deinceps conjux erit tuum. At mulier, quam ob causam? loqueris ne serio? At prior conjux: non jocos quidem. Tum mulier lubens inquit sequor. Procinus hu utero tuerog; dicit, abi cum prioris socio viri mulier, invicemq; conjugem suam jure commutationis ad socium mittit, qui prior adduxit mulierem. Hoc institutum permutandis servant uxoribus. Pignora vero alterum parentem sequuntur.

Valde autem frequentata est Polygamia ex parte mariti, quando is non contentus unam elegisse vitæ conjugalis societatem, plures uno eodemque tempore ex se dependentes habet uxores, quæis omnibus corporis sui potestatem ex æquo facit. Hujus exempla Polygamie cum passim cuivis sint obvia, nolumus iis recensendis immorari, præsertim cum hanc nobis imposuerimus legem ut brevitati litemus, congestit magnam eorum nubem.

D.D. Siricius non tantum ex sacris, verum etiam prophanis Historiarum monumentis, ostendens, præter Patriarchas & eorum stirpe oriundos Reges, plures unâ uxores duxisse, & etiamnum hodieq; du-

Siricius  
c. 1. de  
uxore u-  
na.

eere Muhamedanos, Indos, Chinenfes, cæterasque ſuperſtitioni barbaræ deditas gentes.

## CAPUT SECUNDUM.

### §. I.

CUM in has animam intendere propoſuerimus curas, ut oſtendamus, quantum investigatione non quidem curioſi, ſed nec mediocrem in his induſtriam negligentis animi aſſequi poſſimus, quo tandem modo, juri, quod naturæ hominum inſevit provida Opt. Max. bonitas, adverſetur mos iſte plures ſimul in matrimonio habendi uxores; non exiſtimamus eſſe alienum ab hoc inſtituto, juris poſſiſſimas acceptiones primum adducere, poſtmodum vero homonymiam juris naturæ evolvere, ut & ipſi eo facilius quocundum perveniamus, & aliis in eodem tramite currentibus, via præſtetur, remotis offendiſculis, planior.

### §. II.

Juris vocabulum, quod nos cum Guiljelmo Grocio à ſupino juffum verbi jubeo, abjectis per apocopen tribus literis poſterioribus, commodè deduci arbitramur, tribus poſſiſſimum modis accipideprehendimus, ut plures ejus ſignificationes tanquam ad noſtrum inſtitutum

Guili G.  
de prin.  
cip. l. N.  
c. 1. §. 2.

tum minus pertinentes omittamus. Quod quidem, si id, in se quale est, absolutè considerare placuerit, prout sensum retinet prona facilitate ab origine profluentem, justum Potestatis alicujus supereminentis, cui dicto audientes imperio eius subiecti esse tenentur, designat, estq; dicente Hugone Grotio *Regula actuum moralium obligans ad id quod rectum est.* 2. Pro eo quod justum est accipi consuevit, quo sensu non quidem legem ut modo, sed relativum quid ad eandem denotat, relatione scilicet actus alicujus inde proveniente quod superioris mandato ceu normæ cuidam, ad quam exigi omnino debet, conformis esse reperitur. 3. Ab hac significatione deducit Grotius eam qua jus est *Qualitas moralis persone competens, ad aliquid justè habendum vel agendum.* Nobis in dissertatione ista priores duæ acceptiones intelliguntur.

Hug.  
Grot.  
1. Bel. P.  
lib. c. 1.  
§ 9. P. 5.

Hug.  
Grot. cap.  
modo cit.  
§. 4.

§. III.

Naturæ vox si quæ alia Significationum varietate discentium exercet memoriam, quam nunc persequi nolumus, ne terminos nobis circumscriptos excedamus, prolixam acceptionum seriem videre potest, qui harum adcuratiorem desiderat tractationem, passim apud Metaphysicos. Nos humanam hic intendimus

Turon.  
Tract.  
prior,

mus

12  
part. Gen  
cap. 3. n.  
9. p. m. 55  
Calov. in  
de cogna  
tis. entis  
Synon.  
certo  
quodam  
modo p.  
m. 8. 9.

mus naturam absolutè & in se conside-  
ratam, pro ut præscindit à perfectissimæ  
integritatis & nunquam non deplorandæ  
corruptionis statu, id est quatenus homo  
est ens quoddam à quibusvis aliis, quo-  
cunque tandem nomine veniant, entibus  
distinctum.

§. I. N.

Absolutâ separatim singularum  
vorum consideratione, conjunctas eas-  
dem aggrediemur, eo quod non tantum  
apud Consultos juris, verum etiam alios  
non postremi nominis Auctores, vocem  
juris Naturalis non uno eodemque signi-  
ficationis sensu occurrere, jam pridem  
observaverint viri diffusissimæ lectionis.  
Dici autem solet juris esse naturalis 1.  
Quod hostilibus ab eo non dissidet ini-  
micitiis, sed pugnam ob nativam sui in-  
dolem detrectans, conciliari se eidem pa-  
titur. Sic dicere solemus beneficiis ali-  
quem naturaliter ad referendam alicui  
gratiam, obstringi, quæ tamen veram &  
naturalem obligationem non pariunt.  
Quod Hugo Grotius dicit non propriè  
esse juris sed reductivè. 2. Quod jus  
naturæ nobis instar debiti cujusdam si-  
ne tergiversatione necessariò solvendi  
non injungit, ratio tamen naturalis suo  
judicio id, utpote sibi apprimè conveni-

H. Grot.  
I. bel. &  
P. l. i. c. I.  
m. 7.

non T  
f. 1. 1.  
1. 1. 1.

ens & honestum, vel certè ei quod adver-  
 sa fronte cum hoc pugnat, haud paulo  
 melius, nobis commendare non inter-  
 mittit. Hoc tunc potissimum locum ha-  
 bet, cum duas sententias inter se conten-  
 dentes, scire avemus utra illarum melior  
 aut benignior sit; in hoc argumentorum,  
 quæ ab utraque parte se offerunt, confi-  
 ctu, naturalis dici solet juris cui æquitas  
 cum ratione magis favore deprehenditur.

3. Dicitur aliquid juris naturalis non qui-  
 dem simpliciter, sed pro certo rerum sta-  
 tu, ut loqui amat Grotius, & donec aliter  
 constitutum non sit. Ita primis humani  
 generis Auditoribus nuditas, antequam  
 concretae integritatis conditionem ami-  
 sissent, naturalis fuit. 4. Jure cognationis  
 priori est affine, qua quidpiam dicitur  
 esse juris naturalis ex certa quadam hypo-  
 thesi, si scilicet intercesserit aliquis actus  
 humanus. *Sciendum enim* habet sapius  
 jam à nobis citatus Hugo Grotius, *jus*  
*naturale non de iis tantum agere, quæ ci-*  
*tra voluntatem humanam existunt, sed*  
*de multis etiam quæ voluntati humanae*  
*actum consequuntur. Sic dominium quale*  
*nunc est in usu, voluntas humana intro-*  
*duxit; at eo introducto nefas mihi esse*  
*id arripere te invito quod cui est dominum*  
*ipsum indicat ius naturale.* Pari ratione

H, Groz  
 l. Bel. P.  
 l. 2. c. 280  
 §. 5.

Jure bel  
 & P. lib  
 1. cap. 10  
 n. 10. p. 70

in

in contractibus & pactis, quæ à voluntatis humanæ arbitrio pendent, jus naturale fidem omnino servandam dicitur. Qui curatius juris, quod cum genere humano rerum natura prodidit, indolem scrutinio rationis expendere solent. §, Pomæria ejusdem ita proferunt, ut spatioso diffusioris circumferentiæ complexu contineat ea, quæ recta hominis ratio è primis juris nativi principiis, evidentia splendore nostros cujusq; mentis oculos irradiantibus, vel directe vel proximè vel etiam remotè deducit. 6. Arctioribus limitum claustris constringitur, ut in censum præceptorum ejus non admittantur nisi prima principia, quæ clarissimæ lucis, qua radiant, fulgore à nullo mortaliū conspici non possunt.

### CAPUT TERTIUM,

#### §. I.

**Q**uo tandem modo conjunctio unius viri cum pluribus simul mulieribus juri, quod naturalis ratio inter homines constituit, adversetur, ostendere, Deo benigne juvante, conabimur, quantum debiliori intellectus acie penetrare valemus in reconditiores obscuræ quæstionis latebras, si prius argumentorum pondera quæ hic adduci possunt proposuerimus,

ſuerimus, ubi enim conſtiterit, quæ ad-  
ducimus non contemnendum habere ro-  
bur, in difficultatibus, quæ aſſertionem,  
iſtam premunt, removendis, eo majori  
cura laborabimus, quo pulchriora à pru-  
dentibus habentur quæ ſunt difficilia.

§. II. *De illis rebus quæ*

In prima argumentorum acie collo-  
catam volumus Regulam hanc naturæ,  
quæ in quibusvis contractibus communi  
omnium conſenſu admittitur: *Quod*  
*quis in alterius poteſtatem liberâ volun-*  
*tate tranſtulit, recepto viciffim eiudem*  
*valoris dono, id non amplius ita eſt e-*  
*ius arbitrii, ut ſine injuria legitimopof-*  
*ſſori illata, alteri iterum tradere poſſit.*  
*Nam donatione ſe evacuavit priſtina in*  
*rem donatam dominio, hoc autem cum*  
*deſtituatur, non habet eam in ſua pote-*  
*ſtate; quod vero non amplius poſſidet,*  
*quo jure quaſo id alteri poſſidendum*  
*tradit? Deridendum profecto ſe propi-*  
*naret omnibus, qui rem unam eandemq;*  
*duobus vel pluribus dono daret, cujus*  
*poſſeſſor non exiſtit, eo quod jam*  
*antea ſua ſponte ac libera voluntate,*  
*absque ulla coactionis violentiâ, eam al-*  
*teri cuidam tradiderit, à quo etiam poſſi-*  
*detur legitimè, cum mutua in locum*  
*receptæ alterius rei redditione, ita ut nec*  
ei

si qui per spontaneam traditionem possessione ejus se abdicavit, ne dum alicui alii quicquam juris sit in rem, quæ per legitimum acquisitionis modum cessit in potestatem alterius. Quod ipsum naturalis æquitas nobis dicitur, cum alias possessiones essent incertæ, unde magna oriretur confusio, & societas, cuius conservationem intendit natura, non parum exagitationum impetu concuteretur. Si illustrare iam placuerit oculis mentis indolem fœderis conjugalis, innotescet spero cuivis, modo rectâ ratione non dedignetur reputare hanc rem, matrimonium esse eiusmodi pactum, quo uxor potestatem sui corporis facit soli marito, cui se totam tradit, quod ad benevolentiam solvendi debitum matrimoniale attingit, eoque ita se tantummodo illi obstringit, ut sine violatione lecti conjugalis nulli præter eum solum copiam sui facere possit. Maritus etiam vice versâ potestatem sui corporis per indissolubile illud vinculum ita ad lectam sibi uxorem transfert, ut absque tori legitimi pollutione nequeat cuiquam fœminæ exemptâ unicâ secundum divinæ institutionis normam sibi sociatâ, corpus suum, quod per durans matrimonii vinculum

ejus



ejus tantum est, communicare. Cum itaque nec illi nec huic comperat potestas in proprium corpus, quo jure maritus uxori, quæ sola ex pacti conjugalis naturâ possidet maritale corpus, illud subtrahit, & alteri foeminae, vel etiam pluribus ex æquo commune facit? annon potius, sicut ipsum jus irritam facit donationem rei alienæ, ita quoque invalida sit traditio corporis, quod beneficio contractus matrimonialis jam antea cesserat in potestatem uxoris, & ab illa jure possidetur.

§. III.

*Nature lex mentibus insita humanis, nemini, quod suum est, detrahendum esse interiori dictamine insinuat. At qui maritus tori matrimonialis consorti, quod ejus est, aufert, quando contra pacti conjugalis naturam aliis, præter legitimâ, adhaerescens, in possessiones alienas profano ausu irruit, & siæ conjugali fractâ, potestatem uxoris, cui soli in solidum corpus suum servare debuisset, imminuit, quo ipso tranquillitatem turbat humanam à naturâ maximo nobis commendatam opere, que omnino vult ut quæta sit bonorum possessio. Sed quomodo illam sibi quis promittere posset, si bona alteri semel tradita pro lubitu cujusvis, quo jure quâq; injuriâ iterum auferre licitum fuerit? quam abla-*

18 tionem eò fœdiorem dixerim, quo sanctio-  
si vinculo conjugum & animi & corpo-  
ra arctissimo nexu inter se colligantur.  
Mulierem, si pluribus nubat viris, conce-  
dunt propemodum omnes contra scita  
juris naturæ peccare; *Sed cum mutua &  
equalis utramq; partem stringat obliga-  
tio, ut verbis Clariss. Schefferi utat, annon*  
eodem quoque jure prohibita est conjun-  
ctio unius viri cum pluribus fœminis,  
quo mulieris unius cum multis maritis?  
*Certè quisquis ad præceptum natura for-  
matum cupit matrimonium, utramque*  
execratione publicâ dignam reputat.  
*Quemadmodum enim marito competit*  
*jus in corpus uxoris, per se solum sibi ha-  
bendum, ad generandam sobolem & com-  
pescendas libidines, ita quoque recipro-  
cè uxori competit jus in corpus mariti,*  
*ad id habendum sibi soli, nec permitten-  
dum aliis prædicto sine; unde fluit debitum*  
*mariti, quo tenetur fide & curâ corporis*  
*respectu, nemini præter uxorem communi-  
candi, quæ itidem sunt verba optimè de*  
reliteraria meriti Schefferi. Sed diceret  
aliquis maritum, dum matrimonii fœdus  
pangeret conditione exprellâ, reservasse  
sibi potestatem tot uxores ducendi quot  
alendis sufficeret, quam conditionem ac-  
cipiens uxor annuebat ejus petitis, ideoq;  
non

Sciagr.  
J. N. c. II.  
§. 6. de  
Statu  
conjug.

Loco  
modo  
Citato.

non posse illam queri de injuria sibi illata, cum ea secuncum Ethicos volenti non fiat. Resp. Hoc quidem ariete, assertio- nis istius mœnia quatiendo labefactare & tantum non perrumpere se existimant, quibus contraria placet sententia; ve- rum enimvero nimis credulum oportet esse eum, qui voluntatem mulieris super- inductioni alterius non renitentis, omni- no plenam & integram esse sibi pate- retur persuaderi: contrarium verum esse, Deo propitio, infra planum fiet, u- bi videbimus *tempestatis vehementioris impetu mulierum impotentem animum eò rumpi, ut maritis suis hac in parte gra- tificentur.* Sed licet largiremur, quod concedendum non videtur, fœminam, ultro huic facto viri assensum præbuis- se, ne sic quidem satis prospectum esset diversum à nobis sentientibus, cum & volenti injuriam fieri posse contendant Philosophiæ moralis Magistri, *modò vox ea in laxiori significatione sumatur, cum videlicet alicui simpliciter id infertur, quod leges fieri verant etiam scienti & volenti.* Cum itaq; talis conditio à vi- ro posita matrimonii naturæ adeo re- pugnet, ut ipsa fundamenta convellen- do eam evertat, quistandem sustinuerit dicere illam in sancto isto fœdere locum

Anton  
Iter Sy  
Phil.

mor. l. 3

cap 11.

Quæst. 3

Vendel.

Phil.

mor. l. 1

de rect

vita c. 12

p. 865.

20 habituram, cujus ea est indoles ut du-  
orum tantum animos & corporum mutuo  
nexus conjungi velit, ad constituendam u-  
nitatem carnis indissolubilem. Gemella  
his habet beatus Gerhardus: *Conditio*  
inquit *ipsi formæ contractus repugnans*  
non potest adjici, ac si adjiciatur, ha-  
betur pro non adjecta. *Iam vero condi-*  
*tio de superinducenda uxore alterâ, re-*  
*pugnat ipsi formæ contractus conjugalis,*  
*que consistit in individua duorum co-*  
*pula.* Nec eadem prorsus est pacti con-  
jugalis natura & aliorum contractuum,  
hi enim à voluntate pendent humana,  
ut liceat homini contrahere cum uno  
vel pluribus, si modo convenerit inter  
eos de conditionibus, quæ pro hujus vel  
illius arbitrio intervenire possunt; nec  
id tantum, verum etiam mutuo omni-  
um consensu percussum fœdus contrariâ  
eorum voluntate, ubi libitum fuerit,  
solvitur; quod aliter fit cum fœdere con-  
jugali, nam illud nec inire licet nisi cum  
una, ne quidem si ipsa velit; nec ut mu-  
tuo consensu & quorum interest appro-  
batione necitur nodus hic indissolubilis,  
ita rursus pro libitu eorum, dilaceratis  
mutui consensus vinculis, dissolvitur; quia  
*conjunctio matrimonialis non est nostri*  
*arbitrij sed divini juris, unde gravi se*  
obstrin-

Fract. de  
Conjug.  
Tom. se-  
cundo  
pag. 109  
§. 213.

obstringit scelere, quisquis præter voluntatem conditoris institutionis verbis patefactam, conditiones obtrudere monstrosas, vel pactum Deo probatum quoquo modo irritum facere ausus fuerit.

§. IV.

Nec absurdum videtur ex primæva institutione, in cujus mentionem modo incidimus, rationes, quæ huc spectare videntur, eliciendo deducere: non enim putamus facilius aliunde nobis innotescere quid sit juris naturæ, quam si mentis nostræ oculos ad primam naturæ à Deo conditæ originem reflectamus, cum ipsam summi parentis sapientiam circa quæstionum, quæ matrimonium concernunt, decisionem eam per vestigandæ veritatis viam commodissimam censuisse, ex sacris cognoscamus literis. Cæterum meditationi divinæ legis incumbentes, deprehendimus Auctorem naturæ optimum judicasse, unam tantum fœminatam uni viro conjungi in societate matrimoniali, unde colligere licet, *illud naturali contrarium esse equitati quod intercedit bono conditæ à Numine Celsissimo hominis nature; sed huic adversatur plurimum simul fœminatæ cum uno viro conjunctio, ideoque ipsi nature juri eam repugnare*

*gnare manifestum est.* Ne vero sine ratione videamur id asseruisse, quod primo posuimus loco, sciendum est bonum à nobis insinuatum nequaquam fuisse exigui temporis, quod aliquamdiu durare deberet, sed ætatem ferens & perpetuum, nec Adami tantum, verum totius posteritatis ab illo oriundæ; gerebat enim is personam totius humani generis, ideo soli primo parenti hoc bonum non est concessum, sed erat illud commune speciei humanæ, quod desiderabatur ad generis mortalium decentem conservationem. Jam autem est in conspectu id ab æquitate naturali pertinaci odio discessurum esse, quod cum ejusmodi bono gerit inimicitias, cum vix quicquam in rebus humanis ei magis fuerit adversum quam sublatio boni perpetuò duraturi, quod ex divinæ voluntatis sanctissimo nutu sapientissimaq; ordinatione, hominum genus ab interitu, cui alias post amissum integritatis decuserat obnoxium, convenienti modo vindicare debuerat. Assumptum à nobis non infirmo stare talo fatebitur qui ad sequentia, sine præjudicii fascino, animum attendere non difficile duxerit, & primo quidem *sacri codicis auctoritas nobis persuade-*

debet, primum humani generis parentem a-  
deo bonum omnipotentis Dei manu condi-  
tum fuisse, ut nihil quicquam personali  
ejusdem deesset bonitati, Et tamen dixit  
Deus, Deus inquam ille, cujus sapientia  
est humanam mentem, quantumvis acutissi-  
mam, impervestigabilis, adhuc desiderari  
aliquod bonum, id vero si quis contende-  
ret esse bonum individui, eadem opera  
spiritum sanctum sibi contradicere scelesto-  
nimis proposito asseveraret; quod flagitium  
quisquis declinare voluerit, concedat o-  
portet verbis modo adductis intelligi bo-  
num commune, aptum ad perpetuandam  
speciem humanam, beneficio ejusmodi pro-  
pagationis, qua excellentiam humana na-  
tura decet. Deinde illud observatu di-  
gnissimum est, quod sapiens Dei ordinatio  
constituerit illud ipsum bonum non in plu-  
rium, sed unius tantum feminae adjutorio,  
ideoque non multas, ex plurimis, quae la-  
tera Adami instructa erant, costas, sed u-  
nicam, ex illa quam dormientis lateri ex-  
erant, mulierem adificavit. Hæc ubi ad  
Adamum deducta, propensione mutuae  
voluntatis ei adglutinetur, iudice Na-  
turae auctore satis superque provisum erat

24 communi naturæ bono, humanum genus decenti modo propagandi. Quis jam eò temeritatis progredi sustinet, ut dicat summum illud bonum noluisse hominis bonum promovere? Sed nec crediderim quemquam conari compedes injicere ejusdem potentia. Concesso itaq; , quod concedendum omnino est, Deum & voluisse optimè homini prospicere, & potuisse non paucas vi sua omnipotenti fœminas formare, formatas Adamo adducere, adductas copulare, copulatis fœcunditatis donum concedere, sponte fuit hoc; Deum non modo verbis institutionis, verum etiam facto ipso ostendisse, unius cum una cohabitationem naturæ hominis atq; huic indito juri convenientissimam esse, eò quod bonum illud hominis, cujus jam aliquoties meminimus, intra hos limitum cancellos concluserit, eique in unius viri & fœminæ, ad individuam vitæ societatem, conglutinatione terminos posuerit, quantumvis illo temporis tractu, quo spes multiplicandi generis humani à duobus tantum dependeret corporibus, polygamiam, si unquam alias, proficuum atq; utilem fuisse, videri alicui posset. Huc non malè quadrant verba Terrulliani à beato Gerardo commodiori quam au-



Etor intenderat sensu allata: Cum Deus 25  
 hominem figurasset, eiq; parem necessariam prospexisset, unam de costis illius mu- pag. 106.  
 tuatus, unam illi feminam junxit, cum §. 206.  
 utiq; nec artifex nec materia defecisset,  
 plures costa in Adam, & infatigabilis ma-  
 nus in Deo, sed non plures uxores apud  
 Deum.

§. V.

Colligimus præterea polygamiam ju-  
 ri naturæ contrariam esse ex hoc ejus  
 præcepto, quod teste Augustino manu  
 formatoris nostri in cordibus nostris veri- Aug. in  
 tas inscripsit: Quod tibi non vis fieri al- PG. 57.  
 teri ne feceris. Id enim non tantum  
 obtinet in statu naturali universali, qui  
 oritur ex humanitate gignitq; jus equa-  
 bilitatis cum aliis, quibus similes sumus  
 hominibus; sed etiam in particulari, qui  
 ex peculiari quadam qualitate à naturâ  
 tributa oritur, quia absq; eo si esset, in  
 societate humana omnia misceri & sur-  
 sum deorsumque ferri contingeret, unde  
 per rerum in ea everisionem exitium ei  
 immineret præsentissimum. Jam au-  
 tem ita comparatum est cum viris, ut  
 uxores ex se solis dependere velint, nec  
 æquo patiantur animo eas aliis, corpo-  
 rum & animorum conjunctione misceri.  
 Quod cum ita se habeat, annon ipsa

Aug. in  
PG. 57.

Scheff,  
Sciagr.  
I.N. part.  
Spec. c.  
4. de sta-  
tu naturæ

*naturalis equitas susdeat, ut eadem ratione maritus, qui solus uxoris vult frui consuetudine, reciprocè unius sibi deditæ conjugis amore se satiet, nec corpus suum aliis ex æquo commune faciat?* Neque enim marito competit plus juris in corpus uxoris, quam uxori in corpus mariti, quoniam utrinque eadem adstringuntur obligatione ad fidem sibi mutuo servandam, à qua si recesserit maritus, superinductæ complexibus se insinuando, injuriâ priorem afficit nequaquam levi, quæ suo quodam jure ab eo exigere potest, ut sibi tantummodo debitum conjugale reddat, quandoquidem & ipse vult, ut illa se ab aliis illibatam servet. Si quis hic oggesserit non defuturos qui uxoribus hanc veniam dare parati sunt, ut aliis nubant. Resp. Nimis liberalem esse eum qui id concedere in animum inducat; nos certè non temerè talem credimus reperiri, cum experientia contrarium ostendat; omnibus enim viris id naturales suggerunt instinctus, ut aliis maritis, ad uxorem sibi sociali adjunctam vinculo, ingrediendi viam, quantum quidem in ipsis est, præcludant, hocq; privilegium sibi solis reservatum cupiunt, ut soli suavissimæ con-

Terent.  
in Eunuch.  
cho, act.  
5. Scena

Cic.  
l. 1. Off.

conjugis jucundâ se delectent consuetudine. Si vero subolfecerint aliquem in id incumbere, ut *hæreat in parte amicitie*, mox commoveretur animus legitimi mariti adeo, ut furiali æstuet odio, diris devovens feralibus etiam eum, cui jure familiaritatis antea conjunctissimus fuit. Etiam si autem inveniretur aliquis *ita in spurcissimo vitiorum cæno se volutans, ut potius ex pecudum quam hominum genere esse videatur* (quemadmodum ait ille) qui parum de ea re esset sollicitus, utrum ei soli an pluribus aliis obnoxia esset uxor, non tamen vel sic quicquam decedit robori istius argumenti, quoniam non ex corruptissimi cujusq; depravata mente colligendum, quid naturæ lex suadeat; Sed optimi quique & naturæ in cæteris congruenter viventes consulendi. Illi enim nihil amant præter spurcissimas voluptates, ad quas magno feruntur impetu; hi vero naturam sequuntur ducem, nec rationis dictata contemnunt. Sed curatius nonnihil etiam de hoc ipso inferius agemus, cum de diversis variarum gentium moribus differemus, quoniam illorum intuitu quaestio, quam discutiendam sumpsimus, plusculis involuitur difficultatibus.

Veritas eorum, quæ modo in subsidium causæ nostræ attulimus, ut eo melius contra hostiles oppugnantium insultus se tueatur, affinitatem quandam cum istis habentia porro huc adferre operæ pretium duximus, quæis instar tibicinum priora suffulcianur. Quod de viris dicebamus, id nec foeminarum moribus erit alienum, nam in utroque sexu zelum vehementiori ardentem astu deprehendimus, qui nimium quantum spicula acerbitatis suæ ejaculatur, ubi dulcissimus amoris affectus, uni tantum jure debitus in plures dirigitur. Scilicet natura in id omni incumbit nisu, ut per dulcissimam amoris reciprocationem inter eos, quos in societate combinat naturali, se ab exitio immunem præstet, quam ob rem non parentum modo animis naturales implantavit *σὺγγαμίας* erga lecti conjugalis pignora, sed conjugum etiam cordibus occultos inspiravit mutui amoris igniculos, qui mentem cujusvis accensam eo incitant, ut tori consortem sui, unius amore contentam esse velit. Quod si maritus alias in partem amicitie conjugalis admiserit, non mediocriter contra insitos naturæ stimulos delinquit.

quit; neq; enim uxor ita suffocare valet  
 vim ignicalorum animo suo à naturain-  
 ditorum, ut non identidem in apertam  
 Zelotypie flammam erumpant, quam  
 primum subolscevit maritum corporis  
 sui copiam aliis facere. Unde svavis ille  
 amoris affectus, quo maritum antea usque  
 adeo prosequabatur, ut nihil de rebus ad  
 hanc vitam pertinentibus carius, nihil  
 desiderabilius, nihil denique dulcius ei  
 fuerit, quam iste quem individuæ conjun-  
 ctionis glutine mutuis ei junxit amor,  
 mutatur in rabiens inimicitiarum, dissidi-  
 orum furias, odiorum monstra; conviti-  
 orum amarulentias; in quæ mala incidens  
 maritus, neminem præter se incusare po-  
 test, cum ipse sibi hujus infortunii causa  
 existat, jus Sanctioris amicitia violando,  
 quod apud eum antiquissimum esse oportuit.  
 Iam autem nemini non manife-  
 stum est, naturam nullo modo sui ipsius  
 exitium sibi accelerare, unde satis liquidò  
 patet eam nequaquam indere voluisse  
 steminarum animis hunc Zelum, quo  
 stimulante ægerrimè ferunt maritos ali-  
 arum amoribus esse implicitos, si hæc  
 ejus fuisset intentio, ut plures in societate  
 connubiali conjungi vellet fœminas. Et  
 ut dicam quod res est, quonam modo ob-  
 scuro is possit uxori esse in deliciis, qui  
 su-

sinceri amoris dulcedinem, quam illa suo quodam jure sibi soli vendicat, cum alit communem facit, ut ea quemadmodum par erat non possit in solidum frui amplexibus mariti? cumque tantis injuriarum stimulis exagitetur animus muliebris, non mirum si ita exardescit in iram, ut ultionem meditari incipiat, nec prius desinat quam insidiis adpetitum opprimat virum, quemadmodum exemplis non adeo paucis id ipsum evenisse constat, *Alexandri namque Pbarii uxor fratres, hanc ipsam ob causam, ad internecionem mariti incitavit. Laudice maritum Antiochum medicatâ veneni potione ad plures migrare coëgit. Nec pretereunda acerbitas uxoris Galeoti Foro julii Principis, filie Johannis Bentivoli, maritum in cubiculo perficarios immaniter necantis, quemadmodum ex Richardo Dinotho hæc exempla adfert D. D. Siricius. Ut nobis eo brevioribus esse liceat, transimus mulieres Lemnias, que viros suos morte multarunt, cernentes eos in captivarum amorem fuisse propensos; nec tangimus exempla in sacris occurrentia literis, que ostendunt mulierum Zelotypiam adeo vehementem habere impetum, ut illum amorem vincat, quem arctissimum sanguinis jus, animis earum inspirat.*

Michael  
Siric. in  
Tractat.  
de una  
uxore  
Cap. 2.

Cum itaque in conspectu quorumvis positum sit, mala istius morbi, quo foeminae, ob communicatum cum aliis corpus virile, corripuntur, capitales gerere inimicitias cum nativa conjugii indole, quis tandem negare sustinuerit, eidem quoque consuetudinem plures simul uxores in matrimonio habendi contrariam esse, cum pessima genitrix sit prolis execrandae. Hæc inquam causa est, cur Zelotypiæ furiis agitatae mulieres tanta corripiat rabies, ut officii memores amplius esse nequeant, Sed affectum dulcem erga maritos in pertinacis odii molestiam convertant. Fatemur equidem extitisse foeminas ejusmodi quæ non difficulter suo probarunt assensu maritorum polygamiam, *Sara enim non tantum prona erat ad conniventiam, verum quod magis est, suo suavitur Abrabamo, ut Agarem superinduceret ad generandam ex ea prolem, quando quidem ipsa cum Sterilitatis malo conflictaretur. Consimili exemplo uxores Jacobi suum maritum ex ancillis liberos tollere non modo permittunt, sed & verbis eum ad hoc extimulant ad persuadendum aptis.* Sed ne hinc quidem inferre licet, nullam esse inclinationem naturalem, cujus beneficio instigentur ad

Gen. 16.

v. 2.

Gen. 30.

v. 3. &amp; 9.

ea desideria, ut sibi solis optent habere suos maritos, absque ullo cum aliis mulieribus commercio matrimoniali, quia frequenter id contingere deprehendimus, ut affectus mortalium naturales, qui alias, secundum communem naturæ cursum, solent apud omnes se exserere, supervenientis desiderii impetu vehementiori, si non planè suffocari, saltem instar scintillarum altâ cineris mole obductarum ad tempus, velut tegmine quodam superimposito, abscondi videntur; quos tunc demum intelligimus minimè interiisse, multo minus planè nullos fuisse, cum ex intervallo effectis se produnt oppidò manifestis, quam primum impedimentum illud, naturales ejusmodi motus quodam veluti captivitatis jugo premens, remotum fuerit. In foeminis etiam illis, quarum mentio fit in sacris literis, nemo operosiori mentis indagine hanc rem volutans non videt, muliebris animi impotentiam insigni quodam desiderio propellente eò rapi, ut illa expetat, ad quæ naturalis inclinatio, si libero mearet cursu, non propenderet, non aliter quam tecta, aquarum cursu acerrimo eis magna vi illiso corripuntur, ubi, pristino alvei sinu non contentæ appositæ crepidinis fastigium excessere.



In Sara Abrahami conjugē tam vehe-  
mens erat promissi seminis desiderium,  
ut naturalem in ea affectum superaret,  
quemadmodum id accurate satis obser-  
vat beatus Gerhardus. Nec minori cu-  
piditate animi Rachel desideravit frui  
solatio, ex pignoribus suo effundendis u-  
tero, sed cum ipsa fecunditatis destitue-  
retur dono, non tantum mortis interventu,  
opprobriū, cuius vanam imaginem animo  
figurabat, evitare optavit, sed & ancil-  
lam in torum mariti deduxit, ut per  
eam familia ejus edificaretur. Lea  
quamvis prole beatum reddiderit Jaco-  
bum, nihilominus tamen vel amulatio-  
nis stimulis ergo sororem agitata, aut  
saltem studio prolis multiplicanda, jun-  
git marito suam pedisequam, ut vel  
hac ratione sorori videretur anteferenda,  
cui alias in pluribus cedere cogebatur.  
Sed quis tandem rerum aliquanto peti-  
tior ignorat, desiderii in rem votis omni-  
bus expetitam æstuantis imperum esse  
tam vehementem, ut homines non ra-  
rò ad ea impellat, à quibus naturalis  
eorum affectus, omnium consensu, ab-  
horret, unde non sine causa cor dicitur  
repente desiderii calore liquefcere. Huc  
accedit mos publica receptus auctorita-  
te, cujus tanta interdum deprehendi-

tur esse efficacia, ut homines ea facere sustineant, quæ juri naturæ haud obscure repugnant. Quamobrem non ex quâvis consuetudine judicium ferri oportet de naturali mortalium inclinatione, cum hæc ab illa multoties servitutis constringitur vinculis, ut in publicum prodire nequeat. Duo tantum exempla, à D. D. Siricio citata, his quæ dicta sunt subnectam. De *Cassijs*, inquit ille, refertur, quod parentes inclusos fame necaverint, quando ætatis annum septuagesimum excesserant. Apud *Babrianos* moris est, ut parentes vivi canibus apponantur ad hoc ipsum de industria enutritis, quos illarum gentium vocabulo sepulchrales appellant. Qui horum intuitu exemplorum asseverare præsumit, naturam non latis instruxisse liberos amoris in parentes igniculis, is simul foeminarum naturales deneget affectus possidendi maritum, absq; ullâ amoris conjugalis particeps. Cæterum neminem crediderim contendere *εὐπορίας* naturales iccirco extinctas vel nullas esse, etiamsi pessima monstrosæ consuetudinis exempla è diametro illis repugnent, cum contraria non tantum de liberis, sed etiam mulieribus plus habeant ponderis,

deris, quæ apud cultiores populos naturam sequentes ducem obtinere videmus.

§. VIII.

Dicitur etiam naturalis ratio cuiusvis, in pace & tranquillitate vivendum esse, idq; tanto conatu, ut non modo litibus atq; dissidijs abstinere velit, verum etiam, omnem materiam simultatibus disseminandis aptam removendo, obviam eis ponere jubeat. Jam autem plurimum foeminarum cum uno viro cohabitatio, non contenta est occasionem præbere contentionibus & litigijs, sed, quod reprehensione magis dignum, generat ex se bellum hunc foetum. Neq; enim aliter fieri potest, quam ut manifesta injuria offensionem animi excitet: atqui uxori primæ per aliarum superinductionem, non mediocris fit injuria, cum, quod ejus est, alijs, contra omnem æquitatem, traditur, quapropter animus muliebris adeo exacerbatur, adeo differtur doloribus, ut quovis modo vindictam meditetur. Assertionis nostræ vim non parum imminui posse imaginatur sibi facile Ochini factio, dum contendit id, quod polygamix referimus acceptum, ubi vis occurrere, cum nemo non videat dissidia fratrum & sororum non esse infrequentia, odiis socrum & nurum quandoq; arde-

26 *re implacabilibus, privignum vitrico esse*  
Ovid. *infensum; Lurida terribiles miscere a-*  
Metam. *conita novercas*, nec tamen his prudenti-  
lib. 1. p. tiorum quemquam ita moveri, ut se-  
m, 2. cundis abstineat nuptiis, multa prole  
beatus esse nolit, cum vidua matrimo-  
nium inire reformidet, & quæ cætera  
hic dici possent; cum hæc omnia fiant,  
ut Scholæ loqui amant, per accidens. Resp.  
Multum licet videatur discedere robori  
hujus, quod modo attulimus, argu-  
menti, quassatione tam impetuosa ma-  
chinæ, manebit nihilominus vis ejus sar-  
ta rectaq; , postquam ostenderit non  
eandem esse rationem polygamix & con-  
junctionum aliarum, hæc namque non  
inopte ingenio rixas producant, nec  
dissidiis ex se materiam subministrant, a-  
liàs enim id semper deberet evenire,  
quemadmodum in illâ, ex innato mu-  
lieribus Zelo, stimuli æmulationis se  
validè exerunt, nisi impetu quodam ve-  
hementiori acies eorum obtundatur;  
Sed perverius nequam hominum animus  
ultra propendet ad contentiones, invi-  
tante cum fictâ quâcunque commodita-  
te, quæ non paucos è tramite recto  
transversos agit. Neq; enim conceden-  
dum existimaverim, Cainum Abeli eam  
ob causam adeò infestum fuisse, ut à cæ-  
de e-

de ejus sibi non temperaret, quod frater ipsius fuerit, cum alia crudelitatis causa in promptu sit, quod scilicet pietatis laudem sibi præcipi animo ferret ægerrimo. Polygamia vero indolem si quis intimius rimari voluerit, non difficulter deprehendet ipsius rei naturam, hæc malorum monstra infausto partu eniti, ad eò ut totum hoc, quantumcunque sit, quod certè maximum est malum, noxiæ huic genitrici jure meritoque adscribatur, cum Zelus sit prope modum naturalis, quæ mulierem in odium alterius extimulat, eo quod in possessiones ejus involet, quod satis perspexit Seneca quantumvis gentilis ita disserens: *Ultimum est nuptæ malum palam mariti possidens pellex domum.*

in Agas-  
memno-  
ne.

§. XIX.

Nec planè nullam existimamus esse rationem, quæ ex naturali mentis lumine, in gentilium quoque cordibus se exerente, contra polygamiam adferri potest, cum electum Dei vas disertis dicat verbis: *Gentes ostendere opus legi in cordibus suis scriptum, eosdemq; naturâ facere quæ legi sunt.* Licet autem nos minime fugiat, in varia sententiarum divortia varios, circa loci istius interpretationem recessisse, adeo ut non tantum

Rom. 2.  
v. 14. 15.  
Guisel.  
Estius  
Duacens.  
lis Can-  
cellarius

antecedens enunciationis Apostolicæ, e-  
 jusdemque consequens ad præconceptas  
 detorserint opiniones, sed & totam o-  
 rationis Paulinæ structuram sollicitare  
 aggressi fuerint: hi quidem sub condi-  
 tione Apostolum hic loqui contendentes;  
 isti vero per inscriptionem cordium  
 non diversam ab illa, cujus meminit  
 Jeremias, intelligentes; illi autem gentium  
 nomine easdem auxilio gratiæ sanatas,  
 quibus liceat leges Judæis datas ignorare.  
 Nihilominus tamen, quoniam videmus illos  
 confundere naturam cum gratia, nec qua par  
 erat attentione perpendere verba Pauli, qui  
 eos naturaliter dicit facere quæ legis sunt,  
 cum connotatione principii, quid enim aliud  
 intendit Paulus per phrasin naturâ facere,  
 quam naturæ ductu, absque informatione &  
 beneficio gratiæ specialis ea facere? istos  
 inscriptionem tantum morosè urgere, modum  
 verò, qui omnino diversus est, negligere, nequ;  
 enim unum idemqu; putamus esse per  
 gratiam & naturam inscriptum esse, priorem  
 modum innuit Propheta, idcirco principium  
 supernaturale evidenter ostendit, digitum  
 scilicet Sp. S. posteriorem insinuat Apostolus  
 loquens de legis naturalis

naturalis notitia, quæ contigit gentibus re-  
 velatione destitutis; Nos vero à parti-  
 culari argumentari, ideoque non firmam  
 esse argumenti consequentiam, quan-  
 tumvis Elephanti vim eis exequare vide-  
 atur. Nos pondere verborum Pauli hic  
 permoti in ea permanemus sententia,  
 quam genuina loci istius indoles funde-  
 re videtur, magorum hac in re viro-  
 rum vestigiis insistentes, qui & monu-  
 mentis literarum & jucundo vivæ vocis  
 sono hunc animo nostro induerunt sen-  
 sum, scil. Apostolum insinuare *notitiam*  
*legis nequaquam tarpidam & otiosam, sed*  
*veram, realem & operosam gentiliū cor-*  
*dibus esse inscriptam, cæterum naturaliter*  
*non spiritualiter. Cum vero indefinitè*  
*inibi loquatur, dicendum est opus illud le-*  
*gis non ὀλικῶς, istic considerari, sed μεγ-*  
*κῶς, neq̄, enim omne opus legis cordibus*  
*suis inscriptum eos ostendere dicit, sed a-*  
*liqua tantum legis, quod ipsum virtutes*  
*Gentiliū non difficulter evincunt. Ar-*  
 gumentis, quæ plura advertus hanc ad-  
 ducuntur sententiam, more suo egre-  
 giè satisfacit Excellentissimus D.D. Ada-  
 mus Osiander, qui consuli potest, nobis  
 cavendum ne modum brevitatis exceda-  
 mus

mus. Quanquam autem extra omnem  
controversiæ aleam positum sit, naturam  
hominis non mediocrem corruptionis la-  
bem contraxisse, interim tamen certum  
est, admirandam Dei clementiam, exiguos  
flammæ istius lucidissimæ igniculos re-  
servasse, haud aliter quam conspiciamus  
rudera destructarum ædium superes-  
se, ex quibus impii quoque, in i-  
psa impietate vitæ suæ facere aliqua  
legis vel sapere possunt. Aut nusquam  
certè, aut in minutissimis luminis nativi  
scintillis, jus, quod naturale appellari  
suevit quærentes, inveniemus, quod na-  
vos, quibus natura foedatur, manifestat,  
sordium introductarum quisquiliis ob o-  
culos ponit, vitiorum deniq; labem con-  
spiciendam præbet, licet id ob caliginem,  
mentis nostræ oculis obfusam, fieri ne-  
queat tantâ evidentiâ, atq; in natura in-  
stituta; hoc namq; speculum, nitore, quo  
primum corruscabat, amisso, obscurius  
nunc rerum sibi objectarum imagines re-  
præsentat, quamobrem acies mentis in-  
terdum propius erit admovenda, cum  
ejusmodi obvenerit negotium, quod pri-  
mo intuitu conspici non potest. Lumen  
illud qualecunq; in Gentilibus reliquum  
considerantes, videmus stricturas ejusdem  
minimè contemnendas, quæ instar i-  
gnicu-



agriculorum cinere tectorum adeo non possunt obrui, ut etiam spissa tenebrarum, quibus plerumq; circumfusæ sunt, caligine dissipatâ, clarius interdum emicantes, prodant unius mariti cum pluribus simul fœminis cohabitationem matrimonialem, juri, mortaliû mentibus naturaliter insito, contravenire, quam propterea, utpote naturali hominum rationi repugnantem, ultra ultimas tartarum orbis regiones, ab omnium hominum cœtu removendam ostendit. Euripidem certè vis scintillarum luminis nativi eo impulit, ut Hermionem ita differentem introduceret:

Euripides in Andromachâ

----- ὅδε γὰρ καλὸν  
 Δυῶν γυναικῶν ἄνδρ' ἐν ἡνίαις ἔχειν,  
 Ἄλλ' εἰς μίαν βλέπει τις εὐνάϊαν Κύπριον  
 Στέργασιν, ὅστις μὴ κακῶς οἰκεῖν θελεῖ.

Quæ in latium transfusa sermonem hœsonant.

----- Non enim decet

*Duobus unum virum imperare fœminis;  
 Sed ad unam quæ sit tui socia Venerem  
 Respicentes acquiescant, quicumque non  
 Regere velit.* (malè domum

Quid senserit de Polygamia Svetonius itidem Gentilis, non potest esse obscurum ex verbis ejusdem quibus honorifico, si-

Suetonius cap. 52.

Diis placet, titulo dignatur Julium Cæsarem ob promulgatam ejusmodi legem, qua cuivis viro conceditur licentia ducendi uxores quot & quas vellet, salutans eum *omnium mulierum virum & omnium virorum mulierem*. Nec ambiguo Ser-mone mentem suam patefacit, modo nominatus Euripides, cujus verba iterum haud pigebit adducere, eo quod valde evidèntia sint, sic autem ille: *ἔδεπ' ἂν δίδυμα λεκτρ' ἐπαινέσω βροτῶν, ἔδ' ἀμφιμάλορας κόρας &c.* Hic disertè innuit se minimè laudare unquam posse *geminos Thalamos, neque bimatres filios*. Ab ejus sententia non multum abludit Seneca in hæc erumpens verba:

in An-  
drom.

*Nec regna socium ferre nec tædæ Sciunt.*  
Laban, etsi ipse perfidia in generum usque adeo injurius, ut mercedem pro labore ei debitam non semel intervertere conatus fuerit, unamque filiarum pro alia supponendo, duas sorores connubio junxerit, beneficio tamen luminis naturæ, cum quotidiano usu conjuncti, videre potuit polygamiam plurimas secum habere afflictiones, quæ tranquillitatem à natura desideratam vehementer turbant; quare digredienti à se preces admovet, ne  
plures

In A-  
gamen-  
none.

plures ducendo uxores filiabus ejus injuriam faciat, Addantur his decreta Cæsarum Romanorum, in quibus quilibet videt, stricturas scintillarum luminis naturæ non obscure radiare, nos promissi memores unum aut alterum adducimus. Valeriani & Gallieni Cæsarum hæc fuit mens, *eam qui duas simul habuit uxores sine dubitatione comitari infamiam. Prætoris edicto apud Romanos infamiâ notabatur, qui binas nuptias eodem tempore constitutas habuerit.* Plura his gemella passim occurrunt in Pandectis Juris, ad quas horum videndi cupidum remissum volumus.

l. 18. C. ad l. Jusliam de adulter. l. 1 ff. de his qui not. inf.

§. X.

Addit robur assertioni nostræ attentior consideratio scopi, quem natura, cursui rerum ordinando admota, conjugio præfixit, ita ut non tantum eo semper collimet, sed etiam convenienti via, legitimâ ratione, ordinario modo & secundum Auctoris sui institutionem, illuc pervenire labore. Cum itaque polygamia aciem intentionis naturæ abrumpar, quid prohibet, quo minus hoc etiam nomine ei inimica Salutetur? Ut autem quod à nobis dictum est ad liquidum perducatur, ostendendum tres potissimû matrimonio à natura propositos esse fines, quo-

quorum princeps est *Secundum naturam* conditoris ordinationem legitime instituta sobolis procreatio, ejusque futuri provida educatio, cum adcurata institutione conjuncta. Proximum huic locum sibi vendicat mutua laborum sublevatio & suavitate plenum adjutorium. Tertii partes sedulo obit illicita Veneris fuga.

§. XI.

Et primo quidem fini polygamiam esse adversam, facile intelliget is, qui non detrectaverit cogitationes altius dimittere in considerationem institutionis divinæ adcuratiorem, quam ob causam evidentioribus istum finem exprimere placuit verbis, ut primo intuitu quilibet videre possit, polygamiam ab eo dissidere. Nam cum sapientissimâ Dei ordinatione, bonum hominis commune sobolem commodè procreandi, constitutum sit in unius viri & feminae conjunctione, inde satis apparet, modum propagandi genus humanum, natura maxime convenientem & ordinationi divinæ conformem esse illum, quo maritus unus, uni tantum femina, indissolubili conjunctionis vinculo adherescit. Quis enim illo qui oculum formavit & universam naturæ

Naturæ vim condidit, melius potest per-  
 videre, quid naturæ congruentius esset?  
 quem utique quilibet pius crediderit me-  
 lius nobis prospicere voluisse, quam quem-  
 quam nostrum sibi ipsi. Cum igitur ei  
 visum sit per monogamiam promovere  
 multiplicationem hominum, non est ut  
 quisquam mortalium tam vanis indulgeat  
 opinionibus, ut sibi persvadeat humanam  
 speciem per polygamiam commodius  
 propagari. Si naturalem consulimus ra-  
 tionem, non est nobis ea dictante ob-  
 scurum, vividæ indolis & robusti vigoris  
 generari liberos, eorumque duplicari nu-  
 merum, ubi maritus animo suo ita mo-  
 deratur, ut rarius cum uxore congregia-  
 tur. *Populorum namq; multitudo est ab illa  
 temperata naturaque congruenti volu-  
 ptate.* Nec exempla, quæ in contrarium  
 adducuntur, nostram evertunt sententiam  
 susceperit licet Lamechus, Artaxerxes  
 Persarum, Hieronymus Arabum Rex, ex  
 multis uxoribus & numeroso pellicum  
 grege, ingentem liberorum copiam; ille  
 quidem septuaginta septem; iste autem  
 centum & octodecim; hic vero sexentos  
 filios, quemadmodum de eis memoriæ  
 prodiderunt Auctores. *Insolita enim &  
 prodigiosa, in censum ejusmodi rerum quæ  
 communiter eveniunt, referrî non possunt;*

Siric. c. 2  
 ux. un.

Zonaras  
 Tom. 1,  
 Justinus  
 l. 10. Ri-  
 chardus  
 Dinoth:  
 in locis  
 comm,  
 Hist. l. 6,  
 Siric. c. 1  
 de un. ux

quare

quare etiam admirationem legentium animis ingenerare solent non mediocrem, eò quod vulgarem consuetudinis modum vincant, vires hominum mediocres multis parasangis superent, & cursum naturæ ordinarium transcendant. Quæ cum ita se habent, non possunt illis quæ frequenter fiunt adeo esse fraudi, ut communi rerum cursui præjudicent, ne dum eam statuminare sententiam, quæ polygamix fert acceptam liberorum multitudinem, cum multo pluribus exemplis contrarium evinci possit. Et sicut experientia docet monogamiam sufficiens esse medium per quod homines sese multiplicent; ita ex diverso polygamos communiter paucioribus beatos esse liberis constat, cujus rei evidens exemplum nobis præbet Salomon, *huic enim exigenti uxorum copia non nisi unum matrimonii pignus contigit: nam pluribus feminis vacantes minus fecundi esse solent.* Nec id mirum, cum, ut dicit Plut. apud Rodiginum, *semen illorum qui se ad coitum intemperantes præstant, infecundum ut plurimum & sine fructu sit.* Etiam si autem largiremur, domum hanc vel illam, & privatas aliquot familias, beneficio polygamix, non contemnenda

cape-

Basilus  
Pontius  
Legio-  
ensis,

17. c. 49

e&. Ant.

14. e. 6.

capere incrementa, tamen ne sic quidem toti reipublicæ satis esset prospectum, cujus commoda mediante conjugio promovere natura omnino intendit, imo huc tanquam ad ultimam metam, oculos in propagatione sobolis defigit, quia illa plures habitura erit cives, si unus tantum uni jungatur mulieri, quandoquidem *vis viri dicente Arniseo sit finita & à natura ad certum contracta terminum*, unde is qui pluribus frequenter consuescit, exhausta succi, impregnandi vi præditi, optimâ parte, ineptus, opinione celerius, evadit ad generandum, ubi autem vim generandi amisit, nullos potest languidus iste, ex pluribus fœminis tollere liberos, quæ utiq; singulæ singulis sociatæ maritis, multâ sobole rempublicam donarent. Etiam si autem in hisce omnibus, quorum nunc mentio facta est, tam faciles nos præbere vellemus parti nobis adversæ, ut ea sic se habere, quemadmodum illi magno conatu evincere fatagunt, concederemus, non tamen vel hilo melior eorum redderetur causa, cum non sufficiat quocunq; modo liberorum multitudinem, quærere, sed requiritur *sobolis propagatio legitima, honesta & nature rationali convenienter instituta*, quam frustra in

Arniseo.  
us de ju.  
re Conn.  
cap. 4.

polygamia speraveris, quoniam ipsa natura, secundum ordinationem Auctoris sui, eam non nisi in monogamia intendit; vetat enim ne, per injuriam cujusquam, nostrum quæramus commodum; atqui polygamus non ferendam afficit contumeliâ atq; injuriâ primam vitæ sociam, cum ei alias, quocunq; tandem sine id facere instituat, superinducit; *non enim sunt facienda mala ut ex eis aliquod emergat bonum, sed nec finem istum quisquam laudaverit, ad quem mediis pervenimus illegitimis.* Quod si quispiam hanc cautionem susq; deq; habuerit, & remotâ omni, ad honestum & legitimum restringente limitatione, crudè atq; indistinctè intelligendam contenderit, procreationem sobolis quamcunq;, næ is ad monstrosas devolvitur absurditates, apertam patefaciens illicitæ Veneris fenestram, cum per inconcessas quoq; libidines veritosq; concubitus, pignora suscipiantur. Præterea dum oculos animumque per varia, quæ hêic se offerunt incommoda, circumfero, sistit se menti meæ difficilima honestæ educationis moles & onerosa bonæ institutionis cura, quæ nisi teneræ ætati impendatur, non videtur magnoperè expetanda proli multitudo, quoniam natura sui atque soci-



Societatis conservationem exoptans ejusmodi partus in lucem edi desiderat, qui olim commoda totius communitatis procurant, mala imminencia tempestivo averrant auxilio, magnæque, dum opus est, ei futuri sine utilitati; verum enim vero cum usus rerum non obscure monstrat, genitorem difficulter parem esse tot laboribus, tam magnis sumptibus, tam exquisitis curis, quæ requiruntur ad pignorum ex una duntaxat tori conjugalis sociæ susceptorum decentem educationem, quid tandem fieret de eo, si ex magno uxorum grege, plurimos *genio & ingenio à se invicem baud parum abhorrentes sustulerit liberos*, hastam certè molestiarum cumulo succumbens abjiciet, nec velit defungi istis debiti muneris partibus, queis se imparem maximo animi mœrore sentiet. Atque sic laxis habenis feruntur illi, quorum animos non emollic institutionis humanitas, in omne sæculus, donec rempublicam, ad cujus conservationem nasci debebant, pessumdent.

§. XII.

A secundo matrimonii sine itidem dissidet Polygamia, eo quod ad obtinendum dulcissimæ conversationis adjutorium requiritur perfectissima animorum harmonia, quæ vix ac ne vix quidem in-

Gerh.  
Tom. 7.  
tract. de  
conjug.  
§. 216.  
p. 100.

30 ter multos sperari potest. Fateor quidem distinctis in familia negotiorum generibus distineri sexum utrumq; , interim tamen suavissimus mutuae amicitiae concentus id jure meritoque ab eis exigit, qui eidem jugo cervicem adstringendam praebuerunt, ut communi consiliorum ope, non detrectent ea in medium conferre, quae ad parvi istius regni, cujus gubernaculis admoti sunt, moderamen, laborum manus animosque occupantium sublevamen, mœroris, ingruente afflictionum spissa nube, mitigationem, animorum, discussis dolorum nebulis, delinimentum quocunque modo pertinere videantur. Cumq; hæc citra controversiam prima in mundo societas maximè sit naturalis, desideratur à membris ejusdem & corporis & animorum conjunctio arctissima, quæ utiq; perfectissimum amicitiae gradum, hic adesse ostendit, quo unus alteri tenacissimo combinationis glutine adheret. Huc respiciens Psalmista, dum exprimere verbis tanta re dignis laborat sinceritatem amicitiae, quæ ei intercessit cum Jonathane olim superstite, non reperit aliud, cui contendat eandem, quam *amorem, quo femina suum complectitur virum,* qui ut par pari referat, eam

2. Sam 1.  
v. 26.

vicissim castæ prosequitur familiaritatis benevolentiam. Sed ultra mediocritatis limites progressus amicitie constantis ardor, tantoq; magis ad summum subvectæ fastigii sublimioris apicem, rivales procul removeri cupit, & in se unum amanti oculos converti, satis gnarus dissipari vim amoris quantumvis intensissimi, ubi radii ejus distracti ad plures diriguntur; vinum enim, licet generosissimum sit, valde diluitur plurimâ admista aque copiâ, non dissimilem subit sortem amicitia, cum inter multos dividitur. Egregie Plutarchus: Sicut omnes in multos divisi alveos imbecilli fluunt ac tentes; sic vehemens amor in animo, si dissipetur in multos, enervatur. Unde fit ut ea etiam animalia prolem suam magis ament, quæ unam tantum gignunt. Id satis superq; insinuat lux veritatis testisq; temporum, quæ ubicunque constantissimæ & ad summum perductæ mentionem injicit amicitie, non nisi duobus hanc conjunctionis gloriam attribuit. Hæc cum ita se habeant, qua fronte? quo vultu? qua deniq; animi æquitate sustinerit quispiam asserere, earum, quæ & corpore & animo nubunt, plures

unū viro sociandas? cujus animus variis  
 simul concutitur motibus, ubi huic con-  
 jugi lata alteri tristitia acciderint; aliās  
 si uxoris commoda & incommoda eo  
 excipiat animo, quasi nihil ad se perti-  
 nerent, jam tum amicitiae arctioris le-  
 ges violavit, cum nec remissior aliqua  
 familiaritas id ferat. Quin & hujusmo-  
 di cogitationibus indulget uxor primum  
 ducta, pluris facere maritum superin-  
 ductas & in earum amorem magis pro-  
 pensum esse, cum tamen jus arctissimae  
 necessitudinis exigit à marito, ut hujus  
 tantum amore se satiet ejusq; dilectio-  
 ni intentus omnes alias praetereat; ali-  
 oqui uxor videns maritum sibi soli non  
 esse deditum, etiam suum ab eo ani-  
 mum avertit; quo facto necesse est a-  
 micitiam dissolvi, fitq; illa, quam natu-  
 ra destinavit adjutorium mariti, pro-  
 pria ejus culpā, subsidium mali dæmo-  
 nis, qui conjugum animos quam com-  
 modissimè distrahit, quando muliebris  
 animi impotentia per manifestam inju-  
 riam irritatur, ut non prius quiescat  
 quam marito in vicem hujus contumeliae  
 non mediocri det malum. Nec hili vel  
 pili facienda inepta Theophili Alethæi  
 ratiocinatio, *qui eandem planè existi-*  
*mat*

mat esse rationem hujus adjutorii & ope-  
 rarum sociorumq; laboris, scilicet quem-  
 admodum pluribus famulis instructus pa-  
 terfamilias opus felicitus urget, ita quoq;  
 maritum, qui uxorum grege stipatus est,  
 minori cum difficultate laboribus in sua  
 domo defungi. Quilibet enim satis vi-  
 det indolem conjugii pluralitati uxorum  
 repugnare, nec eandem in hoc puncto  
 esse rationem conjugalis & alius cujus-  
 cunque societatis: has enim ratio natu-  
 ralis nulla, nulla item institutio divina  
 ad duos restringit, sicut usu venit cum  
 illa. Sed & hoc curatius notasse juvabit,  
 quod unus sociorum cum aliis ejusdem  
 laboris participibus, aut paterfamilias cum  
 ministris minimè coalescunt in unitatem  
 carnis, sicut maritus cum uxore fit una  
 caro. Quod si vero etiam aliam sibi so-  
 ciare presumpserit, non amplius manebit  
 cum priore una caro, sed ab ea avellatur;  
 quamobrem adulterium justa divortii cau-  
 sa habetur, nam ubi adulter coit cum a-  
 dultera in unam carnem, matrimoni te-  
 nacissimum gluten, quod maritum antea  
 cum uxore conjunxit, illicita corporum  
 comixtione ipso factò diluitur & violatur.

D D. Jo-  
 hannes  
 Musæus  
 disp. de  
 conjug.  
 §. 61.

54 Præterea si suffragante D. Paulo matri-  
Cor. 7. monium cum una, multas secum habet  
v. 28. molestias, difficultates, afflictiones, quid  
mali non perpetietur ille qui pluribus  
prospicere tenetur fœminis?

§. XIII.

Tertius finis quem naturalis honestas  
conjugio præfixit est evitatio pravarum  
cupiditatum, nam turpis libido cum  
excellencia hominis nimium quantum  
pugnat, cui Tullius ait *esseturpissimum  
carnales sectari voluptates*. Sed huic  
remedio non est locus in Polygamia,  
ubi ustiones carnis secundum monitum  
Apostoli non extinguuntur per propri-  
um maritum, sed eum qui alterius est  
conjux. Nec est ut existimet aliquis om-  
nem illicitæ libidinis æstum in poly-  
gamis uxorum pluralitate extringui, cum  
illa potius incendit libidinem, sicut gra-  
viter monet B. Gerhardus. Quo ma-  
gis enim quis indulget voluptatibus car-  
nis, eo majori earundem desiderio tene-  
tur, ut non inconvenienter huc appli-  
caveris illud Poëtæ: *Quo plus sunt potæ  
plus sitiuntur aquæ. Spumantes appe-  
titus turpissimi fluctus è vestigio conse-  
quuntur alij fœdiores, non sicut ac cer-  
nimus in flumine concitatissimo cursu un-  
das volvente, unum aquæ montem impel-  
lere*

Tom. 7.  
tract. de  
Conjug.  
§. 216.  
pag. 111

tere alterum, eiq; sat sponte deorsum  
propenanti impetum majorem imprimere.  
Quemadmodum enim opiparæ dapes sæ-  
pius sumpta hominem delicatum red-  
dunt, magna ciborum copia avidè in  
stomachum ingesta voracem, vini fre-  
quens & nimius usus vinolentum; ita  
frequens consuetudo cum pluribus sæ-  
minis, moderatiores quoq; nimio libidinis  
fervore astuare facit. Huc accidit ju-  
sta divinæ severitatis vindicta, quæ ho-  
mines, ex sola animi impotentis libidine,  
terminos à natura sibi circumscriptos  
transilientes, claustraq; queis naturalis  
ratio cupiditates eorum circumfudit &  
sepsit, petrumptes, in foediore subin-  
de vitiorum colluvie se volutare permit-  
tit; ut immundâ sue & canibus impu-  
diciis deteriores fiant; quod satis superq;  
suo comprobat exemplo ob impotentem  
nimis libidinem æternis sinistrae fama ta-  
bulis notata Messalena Claudii impera-  
toris impura conjux, quæ, facilimo sibi  
deditorum obsequio in fastidium verso, ad  
eas revolvebatur cupiditatum libidines,  
quæ ne quidem nominari possunt sine  
offensione aurium honestarum; sed &  
incestum commisit turpissimum nubens  
filio qui ejus utero erat effusus. Quid  
autem scædus? quid horribilius? quid

55 *omnium detestatione magis dignum, quam ut femina ejus semen, quem ipsa concepit, iterum recipiat, aut ut vir, ipsum ex quo infans prodijt, uterum suo facto polluat.*

Guilj. G.  
de P. l. N.  
c. 12. de  
incestu,  
§. 9.

§. XIV.

Tantum pro ratione instituti de argumentis contra polygamiam, quibus subinde breves aspersæ responsiones, contra objectiones quæ hic oggeri possunt. Nunc potissima quæis polygamix mœnia propugnantur argumenta excutere animus est, neque enim licet nobis in hisce examinandis esse longioribus, ne sumptuum moles, cui sustinendæ humeros nostros impares sentimus, nimium excreseat.

CAP. QUARTUM.

§. I.

Quemadmodum totam hanc, cui insistere ocepimus, viam pluribus difficultatum spinis adedò obsitamprehendimus, ut illis impliciti non semel cursum suspendere paraverimus, quod arduæ offensionum cautes se nobis ubique objecerint, quæ per eas euntis animi pedes vehementer obtundunt; ita non minimum nobis facessit negotii ingens



gens illa laboris moles, quæ, velut a-  
 gmine facta, obviam nobis procedit,  
 quam primum aciem intentionis nostræ  
 convertimus ad considerationem affecti-  
 onum, quarum exactius scrutinium por-  
 tam quasi patefacit ad interiores juris  
 naturæ recessus. Neq; enim hic negle-  
 ctis dignosci possunt genuina æquitatis  
 placita à minus talibus. Et primū quidem  
 vultum nobis obvertit suum latissimè pa-  
 tens *juris universalitas*, ostendens le-  
 gem naturæ omnium mortalium cordi-  
 bus manu conditoris insitam esse, hanc  
 vocat Philo *corrumpi nesciam*, quippe ab  
*immortali natura insculpta in mortali*  
*intellectu*. Quam nisi assertum imus,  
 laxas nimis damus Atheis habenas ad  
 quævis scelera sine metu perpetranda.  
 Obligationis enim vis, qua jus naturæ to-  
 tam obstringit genus humanum, subla-  
 ta, eos potissimum, *quibus jura distin-*  
*guit modus virium*, ad multa humani-  
 tatis officio indigna & ab honestate pro-  
 cul remota præcipites rapit. Hinc pror-  
 fus egregiè Aristoteles, *hoc jus*, ait, *u-*  
*biq; gentium eandem vim obtinet*. Quod  
 cum ita sit, qui tandem hoc eveniat,  
 quod homines, ubique terrarum degen-  
 tes, ad juris hujus præscriptum vitam non  
 transigant & à polygamia abstineant?

Philo-  
 Jud. in  
 lib. or-  
 mnem-  
 bonum  
 esse liber-  
 rum.

l. 5. Ethic.  
 c. 70

58. cumq; videamus non paucos eorum ad consuetudinem cum pluribus foeminis, quasi invitante natura, propendere; an non inde promptum est colligere inclinationem istam naturæ juri originem debere, quemadmodum matrimonium, cum unica tori conjugalis sociâ initum, ideo dicitur esse æquitati naturali conforme, quia instinctu quodam naturæ homines eò inclinant, ut cum una sibi delecta ætatem degere velint? vel id saltem concedendum, totum hoc, quicquid est, tanquam indifferens arbitrio cujusvis permitti, ut quod quisq; suis magis inservire videt rebus, id, non circumscripta libertate, eligat?

§. I I.

Ab hisce tricis ut nos expediamus, ad ea, quæ maximè premere videntur, judicii qualiscunque aciem intendemus, in antecessum contendentes & ipsi, ne minimam quidem particulam à diffusissima juris naturæ universalitate decerpendam, quoniam nulla necessitas nos eo adigit. Licet enim mortalium non pauci ad hujus normæ præscriptum vitam exigere detrectent, interim tamen obligationis vigorem enervare nequeunt, qui conscientiam eorum adeò stringit, ut honestè contrarium patrare non possint, non inquam

quam eapropter lege solutos se probant magis quam subditorum nequissimi, qui summæ potestatis legibus susque deque habitis in vetitum ausu prorsus scelerato nituntur. Debili profectò nimiumque ruinoso inniteretur fundamento jus naturæ; si eam ob causam id eversum ire liceret & in nihilum redigere, quod passim ab hominibus negligantur ejusdem præcepta, cum nulla obligatione, nulla lege, voluntate superioris nulla ita impediatur homo, ut contrarium patrare non valeat; alias cathene injicerentur humane in moralibus libertati, quod si fieret, frustra imputaretur homini libertate spoliato delictum aliquod, quoniam duro necessitatis telo adactus hoc vel illud faceret. Quin potius dicemus legem non physica obijcere impedimenta, sed moralibus mentem adstringere vinculis, ut licitè quod prohibitum est admittere nequeat. Nihil itaq; decedit universalitati hujus juris, ideo quod non ubique & ab omnibus observantur ejus præcepta, nam non ideo jus naturale intercidisse credendum, quod per incuriam, perscrutandæ ejus, quam natura satis patefacit veritatis, aut per nimiam peccandi licentiam, in aliquibus gentibus lumen naturæ obfuscari moresque à recto tramite deviare perspiciantur. Quales sunt

Guilj. G.  
de P. I. N.  
c. 3. p. 37.

*sunt, qui ab impuris spiritibus abrepti, & per malam educationem, instituta prava & leges iniquas corrupti naturales notiones perdidērunt. Videantur inibi reliqua quæ ex aliis Auctoribus adducit prorsus egregia. Certum est etiam non omnem naturæ impetum juri naturæ originem debere, sed illum duntaxat impetum, inclinationem illam ei natales debere, ad quam natura propendet veluti honestū & æquitate sua juri divino cōforme. Jam autem polygamia è diametro eidem repugnat, præterea sanæ & naturali rationi adversatur, unde inferimus inclinationem ad eandem minimè propendere ad justum & æquum, nec magis naturæ juri id consentaneum esse, quam promptitudinem malè feriatorum ad ea perpetranda, quæ omnium, quibus aliqua inest salis mica, judicio sunt turpia & flagitiosa, quemadmodum sequentia: Rex Calechut in India ducturus uxorem, non prius torum inire consuevit, quam à digniore Sacerdote nova nupta fuerit deflorata, quod munus non ultero subeunt sacerdotes, sed stupri à Rege pretium constituitur quingentorum aureorum. Nec ab hujus consuetudine multum abludivit*  
Rex

Rex Tarnesavi in eadem in India, qui albican-  
 tis coloris Christianos & Muhamedanos eo  
 dignos honore arbitratur, ut florem vir-  
 ginitatis ipsi debitum decerpant. Ut jam  
 nihil dicam de incolis provincia Chamul,  
 magni Chami subiectis imperio, qui sibi  
 hospitalitatis laudem ideo tribuunt, quod  
 uxores hospitem exponant libidini. Quæ  
 exempla ex navigationibus Ludovici  
 Patricii Romani, nec non Marco Paulo  
 Veneto exicripsi D.D. Siricius. Hanc in-  
 clinationis propensionem in re matrimo-  
 niali si quis naturæ juri acceptam ferre  
 sustineret, cum cura ratione insanire qui-  
 libet, sano præditus sensu, non injuria  
 dixerit. Ideoque accuratis limitibus di-  
 stingvenda erit natura in gentilibus reve-  
 latæ lucis fulgore non illustratis, prout  
 originalis vitii maculis fœdata detestan-  
 dam eructat saniem, & prout in eadem, ut  
 cunque spoliato primæque integritatis de-  
 core, adhuc benignitate optimi conditoris  
 stricturis licet exiguis, micant lucis na-  
 tivæ tenues tantummodo igniculi, qui,  
 non aliter quam ruderum confusa mo-  
 les splendidi apparatus palatia olim eo in  
 loco, ubi nunc illa visuntur fuisse restan-  
 tur, clarissimæ olim lucis obscura exhi-  
 bent vestigia. Cum itaque desiderium  
 quæra:

Siricius  
 tract. de  
 un. ux.  
 c. 1. circa  
 init.

quempiam incessit, scrutinio mentis diligentiori, in dictamina rationis sanæ inquirendi, non autemet se ea inventurum in natura, quatenus horridis corruptionum inquinamentis polluta est; sed prout in ea, quantumvis malis hæreditariæ luis obnoxia micant exiguæ reliquiarum imaginis divinæ scintillulæ. Quanquam autem multi homines, quodam velut æstro perciti, propendeant ad multarum consuetudinem, is tamen ardoris impetus jus naturale nullo modo constituit, eò quod in natura hominis originalis mali veneno infecta se exerit, non prout ad ductum rationis sua dirigit desideria, sed quatenus corruptionis virus ex ea venenosi fontis lethales evomit undas. Prorsus vero alia est indoles ejusmodi instinctus, qui svasor auctorque existit hominibus, ut conjunctionem cum pluribus fœminis matrimonialem cane & angve pejus fugiant. Nec adeo licentiæ fræni hic laxari possunt, ut cuilibet detur optio eligendi utrumlibet, cum res nostri minimè sit arbitrii, quia voluntatis divinæ placita, mentis nostræ intimis impressa recessibus, hominum cuius se verè imperat à polygamia esse abstinendum. Nemini autem subjectorum licitum est summæ potestatis mandata negligere,

quæ

quæ libertatem eorum morali quodam  
sepimento ita circumfundunt, ut sine  
offensione ejus, qui cum majestate imperii  
assidet gubernaculis, contra torrentem  
niti nequeat.

§ III.

Secundo id hanc rem impeditam red-  
dere videtur, quod jus naturæ, utpote  
evidentissimum, suæ lucis fulgore om-  
nium incurrat oculos, adeo ut à quovis  
*integre mentis non possint ejus principia  
non perspicui, nisi ignaviâ & inertia lumen  
rationis ita fixaverit, ut errabundus ve-  
luti in tenebris ne quidem ea, quæ ma-  
ximè ipsi obvia sunt reperire possit.* Polygamiam autem naturali jure prohi-  
bitam esse ignorarunt non modo barba-  
ræ nationes; sed etiam gentilium sa-  
niores, quos juris naturæ præcepta ne-  
glexisse veritati haud est consonum; quinimo inter eos qui cum naturæ lu-  
mine revelatæ lucis splendorem conjun-  
xerunt, non pauci reperuntur, qui eam  
tanquam rem naturæ juri minimè ad-  
versam amplexi sunt. Sed respondemus,  
iis omnibus idem atque nobis implan-  
tatum esse naturæ jus, quemadmodum  
& naturam nobiscum communem ob-  
tinent; quod autem alia à nostra illis  
fuerit persuasio de polygamia, nec ad  
juris

Laurent.  
Stigzelig  
in de jus  
ris N.  
Fund. e.  
2 §. 190  
pag. 790

juris naturæ cognitionem pervenerint penitio- rem, id ferant acceptum caligini mentis tenebrarum nebulis obfuscatæ: hujusmodi namque opinioni à teneris in- nutriti unguiculis, educationis vitio con- ceptum errorem, ubi judicii maturita- tem consecuti sunt, excutere non labo- rabant, quid igitur mirum eos notitiâ juris naturalis hac in parte destitutos fu- isse, cum tantum invalescendi spatium concesserint pravæ consuetudini? quæ penitus animi latebris se insinuans in- naturam induitur ne furca quidem ex- pellendam, quemadmodum nemini non notum esse potest, qui animi lumina ad consuetudinis antiquitatem immittere non est dedignatus. Hujus enim tanta est vis, ut quæ alijs primo intuitu tur- pia apparent, mali moris vitio laboran- tibus non tantum licita videantur, sed, quod magis est, omni laude in cælum evehenda; quamquam & ipsi gentiles intellexerint naturæ juri minimè congru- am esse consuetudinem plures simul u- xores in matrimonio habendi, sicut li- terarum monumentis fera etiam secula reddidere certiora; sed enim hic:

*Unius exemplo mille insanire videmus  
Mille sed exemplis sapiunt vix unus S. Alter.*



Quid igitur causæ est, quod multi, minime rudes illi quidem, sed non satis diligenter in hanc rem inquirentes, hujus notitiæ expertes fuerint, quæ tamen omnibus ex æquo obvia esse debebat? Dicimus jus naturæ consistere vel in primis principijs, quorum citra controversiam tanta est evidentia, tantus fulgor, tanta deniq; claritas, ut primo intuitu, absq; sollicitæ indagationis labore, oculis se mentis nostræ insinuent, in his est principium illud vulgo frequentatum: *Quod tibi non vis fieri alteri ne feceris*, vel in conclusionibus, per pronam consequentiæ viam, ratiocinationis beneficio inde deducendis, quæ quo longius à principiorum fonte recesserint, eo minorem habent lucis splendorem; quæ quandoq; adeo mentis aciem eludit, ut non nisi exquisito labore investigatus, se conspiciendum præbeat. De hisce conclusionibus eorumq; difficili cognitione non nemo in hunc modum differit: *Una quidem est atque æterna justitiae norma, natura nimirum numinis, ex qua quicquid justitiae & honesti unquam existit haustum & expressum. Quæ vero inde hausta sunt, alia propius alia longius ab illius imagine recedunt, & quæ ab*

Moses  
Amyc. in  
Syntagma

*ea maximè diffusa sunt, in iis iusti indo-*  
*les adeo est exigua & obscura, ut ab ho-*  
*minibus vix ac ne vix quidem perspici*  
*queant. Qui jam conclusiones ex iuis*  
*elicere voluerit principiis, ille ex eo quod*  
*supra posuimus, talem potest ratioci-*  
*nando deducere conclusionem: Maritus*  
*non debet plures simul habere uxores,*  
*ratio est, quia nec æquo patitur animo,*  
*si uxor ejus pluribus nubat viris. Hæc*  
*conclusio ex principio modo allato, non*  
*fortassis, omnium consensu, liquidâ de-*  
*rivatur consequentiâ, & tamen inde flu-*  
*it; quod satis apparet ei, qui animum,*  
*intendere voluerit ad ejusdem penitus*  
*scrutinium, quam ob rem non minus*  
*juris est naturalis quam ipsum principie-*  
*um, etiamsi non tantam habeat evi-*  
*denciam; neque enim quicquam dece-*  
*dit veritati juris naturæ exinde, quod*  
*ejus præcepta longius à fontibus deducta,*  
*minus omnibus sint manifesta: Quæ e-*  
*nim non patent, colligimus ex his quæ pa-*  
*tent. Proxus eleganter de hiis Guil.*  
*Grot. Conclusiones, inquit, etsi de ju-*  
*re naturæ suam habeant veritatem, nam*  
*quod ex principiis purè naturalibus argu-*  
*mentando elicitor, hoc ipsum quoq; juris*  
*esse naturalis censendum est, tamen eas*  
*minus per se nomis esse nemo, cui cor sa-*  
*pie*

pit, inficias ibit. Nec parum propugna-  
tores polygamiae in sua confirmavit sen-  
tentia, quod non ita facile demonstrari  
possit, eam secundum indolem sui & ex ip-  
sa rei natura esse contra bonum prolis:  
cum itaq; crederent polygamiae benefi-  
cio communitati optimè prospectum iri,  
eò quod propagatione sobolis auctior  
redderetur societas, huc unice aciem o-  
culorum dirigentes, parum de examine  
hujus rei ulteriori erant solliciti, unde  
notitia istius conclusionis, aliàs etiam è  
conspectu oscitantium reducta, magis eo-  
rum conscientiam refugiebat, quod satis  
perspexit Molina hunc in modum de  
hisce differens: *Multa ignorantur & cir-  
ca aliqua erratur, quod eorum veritas  
abstrusa sit difficilèq; à nobis penetretur,  
atq; ex suis principiis deducatur. Nec so-  
lum imperiti ea facile ignorabunt, aut  
etiam circa ea errabunt eo facilius, quo  
magis inter barbaros, minimeq; doctos &  
pios commorentur; sed etiam doctos &  
pios facile eveniet eorum aliqua ignora-  
re, quin circa illa etiam invincibiliter er-  
rare. Cumq; difficilè polygamia illicita ex  
natura ipsa rei esse comprobetur ac contra  
bonum prolis, facile nationes multa erra-*

de justis  
tia & ju-  
re.

68 *re circa illam invincibiliter potuerunt, arbitantes illicitam eam non esse.*

S. V.

Tertia juris naturæ affectio est immutabilitas, qua, *persistente genere humano & salvâ manente ejusdem naturâ, ita fixum firmum & stabile existit, ut nec per se ipsum intrinsecè deficiat nec externâ quâdam violentiâ destruetur.* Nam honestas non est nata eam subire mutationis vicissitudinem, ut indolem, quam habet, aliquando exuat, sed absoluta quadam necessitate omnem respuit variationis inconstantiam, licet ipsum jus honestum illud nobis præscribens, habitudinem involvat ad eum, cujus libertati per illud morale injicitur vinculum, adeo ut existentia ejus lege obligandum supponat: unde ejus quidem necessitas est conditionata, cum naturâ sublatâ obligare desinat. Quod si polygamia pugnat cum lege naturæ, quam diximus nullam subire mutationem, quid dicendum de sanctis V. T. qui polygami fuerunt? Naturæ enim jus quemadmodum aliarum expers est mutationum, ita nec dispensationem admittit ullam.

*Nos, inquit Nobilissimus Elsemarck / salva*

*salva iustitia divina & absq; contradi-*  
*ctione hominum neminem per peculiare*  
*aliquod Dei privilegium ab obligatione*  
*legis naturalis ita existimamus solvi pos-*  
*se, ut praeceptum aliquod iis circumstan-*  
*tis, quibus omnes obligat, eum sive pro-*  
*semper sive in certo statu non stringat.*  
 Causa hujus rei est, quod naturæ jus ra-  
 tione objecti sui cum sanctitate & iustitia  
 Dei tantam habet convenientiam, ut non  
 possit Deus non exigere ab eo, qui obli-  
 gationis istius capax est tale quid quod  
 lege illa præcipitur, nisi seipsum negare  
 velit, quod electum Dei vas ait esse im-  
 possibile. Utrum igitur dicemus viros  
 Dei familiares ob violata legis naturæ  
 scita oprimi conditoris gratiâ excidisse?  
 Nam aut scientiâ complectebantur po-  
 lygamiam cum turpitudine conjunctam  
 esse, eo quod juri naturæ adversaretur,  
 aut notitiâ tali destituebantur. Posterius  
 vero non videtur simile, quia studio sa-  
 pientiæ dediti, rerumq; humanarum si-  
 mul & divinarum exactiori cognitione  
 imbuti, non poterant ignorare ea, quæ  
 ipsum jus naturæ hominibus absq; ma-  
 gno inquisitionis labore ultro suggerit;  
 ideoq; prius concedendum, unde prona  
 mox fuit consequentia, eos propriæ vo-

69  
 differt.  
 de fund.  
 l.N. c.2.  
 §.24 p.8

2.Tim.2.  
 12.

luntatis arbitrio, ex perfecta scientia prævaricatos fuisse: cum autem tale commissum pravitatem animi arguat, grande scelus procul dubio fuerit, quod favoris divini januam eis clausit, præsertim cum in animum non induxerint, respicientiæ beneficio contractam abolere turpitudinis maculam.

§. VI.

Spinosa hæc argumentatio totam rem usq; adeo intricatam reddidit, ut viri profundæ eruditionis laude Excellentissimi, postquam diu multumque acumen ingenii sui fatigassent, nequicquam luctantes cum latentibus nodis, tandem voluerint *erudite inscitie symbolose tueri*, in quorum castra haud invitus & ipse transibo, prius tamen experiar, quid tollendis his difficultatibus vel in speciem dici possit. Et primum quidem modo objectis reponere posset quispiam, concedendo jus naturæ adeo mutationem respuere, ut nec dispensatio in eo locum habeat, inde tamen vix inferri Sanctos V. T. in peccato mortali se voluisse, quia ex ignorantia peccarunt, quam ob causam assumptum disjunctivi posset negari. Nam etiamsi rerum non mediocri peritia excelluerint S. P. non tamen mox potuerunt penetrare in cognitionem

Bœcl.  
nstit pos  
it. lib. 1.  
cap. 2.  
p. m. 24

tionem præcepti hujus, quia per consequentiam erat deducenda è primo aliquo juris principio. Cum itaq; hæc conclusio, longius à fonte suo deducta, nebulis quibusdam obscurioribus obsepta fuerit, non licuit illis facili negotio ad interiores ejus recessus devenire, præsertim cum consuetudo omnium suffragio recepta, oculis eorum obversaretur, quam communiter alteram naturam appellare consuevimus; hujus ergo major erat vis, quam præceptorum juris naturæ, quæ illum evidentiæ splendorem non habent, quo prima naturæ principia quibusvis se offerunt conspicienda. Accesserunt huc non pauca, quæ intercesserant notitiæ juris hujus evidentiore, cum enim viderent Deum conjugia fratrum & sororum circa prima mundi primordia non tolerasse tantum, sed & probasse, quæ tamen jus naturæ prohibet, quoniam hoc facto fœda pollutione inquinatur reverentia sanguinis, cujus curam nobis commendat etiam ipsa natura, ad has facile delabebantur cogitationes, rem matrimonii arbitrio cujusvis tanquam mediam & indifferentem permitti. Oculos etiam procul dubio identidem ad promissionem divinam direxerant, quam

Mich.  
Havem.  
Gamoi.  
Synopt.  
L3, tit 4.  
De po.  
lyg. sis  
muls.

eo citius impleri putarunt, quo plures ducerent uxores, cum quibus gignendis liberis operam darent, *qui instar stellarum, sacratâ lucis amœnitate cœlum ornantium, numero innumerabiles esse deberent.* Oggerenti eos, si minus ex dictatis juris naturæ, ex institutione tamen divina commodissimè hujus rei notitiam sibi comparare potuisse, responderi potest S. P. non planè quidem destitutos fuisse notitia divinæ institutionis, ambiguis tamen laborasse animum eorum opinionibus, quoniam sensum ejus eruere nequibant, eò quod particula, *textum novi fœderis planum reddens, in veteri desideratur.* Nec absurdum usq; adeo est dicere hanc rem eis obscuriorem fuisse, quam ut ad liquidum perducere potuerint, *cum alias etiam plura deessent notitia illius ætatis.* Sara enim marito ancillam dedit uxorem, quoniam propter sterilitatis malum ipsa sibi ad pariendum inutilis videbatur, annon eò à tramitè certissimæ promissionis divinæ multum deflexit, quod arbitraretur semen benedictum, consuetudine Abrahami cum ancilla, procuratum iri, ambigens utrum fides divinis existeret promissis? Quid dicendum de ipso Abrahamo Sararam jure connubii sibi junctam bis dissi-

DD. Hyl  
sem, ex,  
rens,  
brev. c,  
2, th. 8.



mulante? Nec non de filiabus Lothi, quarum animis proculdubio, indefessâ informationis eura, parens Numinis reverentiam & bonos mores inducibat, & tamen turpissimum commiserunt crimen, contra juris naturæ dictata evidentissima? Ex quibus liquidò patet, ne quidem à sanctis Dei hominibus quicquam humani alienum fuisse, sed ipsos quoq; non paucis laborasse navis, quos tamen gratiæ suæ favore dignatus est Deus, ob pœnitentiæ assiduitatem, quam facere non neglexerunt, in hæc aut talia cum Psalte erumpentes verba: Delicta quis intelligit &c. Quamvis autem non legantur polygamiæ erratum per specialem deplorasse pœnitentiam, inde tamen colligere non licet eos resipiscentiâ, quantum ad polygamiâ, insuper habuisse, sufficit enim generaliter de omnibus admissis contristatos ad divinam confugisse gratiam. Qui hanc amplectuntur sententiam dicere possunt, non *probatam fuisse à Deo polygamiâ, sed toleratam, veluti navum quendam, ortum ex ignorantia terræ, & Zelo maturanda natiuitatis Messia.* Ab ea non videtur esse alienus Politicorum clarissimum lumen, cum suam aperit mentem in hunc modû;

Hylsem,  
extens.  
Brev. c. 28  
th. 8.

Boeckl.  
instit.  
Polit. l. 1. c. 2.  
cap. 2.  
pag. 239

*Qua sententia, quia regulam in judi-  
cando ordinariam sequitur carpi non potest.  
Neque enim assensum præbet, quantum  
quidem ego videre possum, Hugoni Gro-  
tio aliisque negantibus polygamiam juri  
naturæ esse contrariam, nam cum eorum  
verbo uno vel altero meminisset, hæc sub-  
jungit: Sed verius est, corrupta rationi  
seu depravationi luminis naturalis, illam  
gentium consuetudinem tribuendam: nisi  
quis verbo conetur fallere, & jus natura ar-  
ctioribus, quam fas est, includere limitibus.  
Evidenter quoque mentem suam patefacit  
Clarissimus Prætorius Prof. quondam U-  
niversitatis Jenensis, Polygamia, inquit,  
pugnat cum jure natura, quæ non vult,  
ut quod unius est rei rapiatur & alteri  
tribuatur. Corpus autem mariti uxoris  
est, alteri ergo tradit nequit. Inter Patres  
V. T. polygamiam in usu fuisse ex inspi-  
ratione vel dispensatione divina non au-  
tumo; sed potius ex ignorantia & malè  
intellecta primæva conjugii institutione:  
hac in re illos peccasse, & hoc illorum  
peccatum veniale fuisse existimo.*

Theatr.  
Polit.  
præcog.  
1. memb.  
2. §. 2.  
p. 151.

Superiorem sententiam, quæ traduci non meretur, suo loco relinquimus, non ignorantes eam pluribus argumentorum tormentis concuti, quorum licet parti, responsionis incœnia ad defensionem propugnantium obijci possunt, ut tamen rationes, quæ hic periculo defungi vellet aliquis, pertinaciter urgenti satisfaci-ant, non mediocriter metuo. Aliam itaq; viam in arduâ hac materiâ tentare licebit, Scilicet ut dicantur ea quæ juris sunt naturalis, non esse in ejusdem dignitatis fastigium evecta, sed disparitatem quandam graduum hæc occurrere, adeo ut in summo quasi vertice constituta dicantur ea, quæ jus naturæ tum imperiosè nobis injungendo mandat, aut severè ab eis absterrendo prohibet, ut in iis nulla unquam circumstantiæ, aut intercedens impediementi ratio, in considerationem venire possit aut soleat, hæc omnem etiam Speciem mutationis eludunt, quemadmodum voluntas divina, quæ nullis se coarctari patitur limitibus, simplicissima & variationum experta est. Hisce citra controversiam ad- versantur, blasphematio sacro sancti nominis divini, ab omnibus summo amoris & obsequii Zelo perpetuo celebrandi, colen-

colendi, venerandi: perjurii nefandum  
 scelus, quo divinæ veritatis constantissi-  
 ma firmitas, plus quam verbis exprimi  
 possit, offenditur; mendacii pestiferum  
 virus; horrendum idololatriæ crimen &c.  
 Secundum ab his locum sibi vendi-  
 cant ea, quæ, si ad indolem eorum sim-  
 pliciter attendatur, non possunt in suo  
 formali & natura propria manentia in-  
 trinsecè esse fœda & turpia, adeo ut ne  
 quidem summum Numen, cujus potentia  
 omnem humani intellectus modum  
 infinitis supergreditur parasangis, per  
 dispensationis relaxationem facinoris im-  
 punè perpetrandi copiam salva justitia  
 & sanctitate sua concedere cuiquam  
 possit, usque quo res suam retineat in-  
 dolem constante sibi ejus ratione formali.  
 Si autem placuerit summo omnium re-  
 rum arbitro, subducere rem illam ex-  
 tra limites objecti, cui naturæ lex est  
 adversa, accedente nova circumstantiæ  
 ratione, cessat esse in se intrinsecè turpis,  
 quippe quæ exempta est è territorio ju-  
 ris naturæ & extra ejusdem pomæria col-  
 locata, ideoque licita & concessa. Nisi  
 enim hic talis servaretur rigor, natura  
 magnis turbata motibus opinione ce-  
 lerius pessum iret, eique immineret inte-  
 ritum afferens corruptio. Ita dicitur

unicuique hominum naturæ jus, ab innocenti cæde temperandum esse, adeo ut nec intentare, ei mortem liceat. Quod si illud principium mutationis vices subiret, natura à sui interitu se vindicare nequiret, quoniam malè feriat hominibus, & crudelissimis ingeniis, tanta concederetur licentia, ut quorumvis vitæ stamina impunè abrumpere possint, quandoque sævitia eorum libitum fuerit. Quo itaque facta rectaque sit natura à summo rerum parente creata, ne quidem ille ipse, in cujus manu sunt omnia, hoc principium absolute & simpliciter irritum facere potest, ut absque ullo circumstantiæ gravioris intuitu, contra sancitum ab eo naturæ ordinem, liceat innoxio rem carissimam adimere. Si vero is penes quem est arbitrium rerum omnium, mandato jussit extraordinario, illum videlicet, quem communiter conservat, cursum transcendente, in fontem neci dare, non amplius pugnabit cum jure naturæ illæ vitæ innocentis ablatio, aut mortis intentatio; quippe cum arbiter vitæ innocentis singulare hoc facinus supra communem providentiæ ordinem, è complexu limitum juris naturæ educit. In tertia sede non absurdè collocaveris ea, quæ

quæ absolute & Simpliciter considerata sunt juris naturæ, adeo ut sine violatione præceptorum ejus, indeque fluente sceleris crudelitate, perpetrari nequeant: interim si intervenerit circumstantia gravior, unde majus periculum imminet naturæ, actio talis quæ antea erat contra naturæ legem, eidem fit conformis & licita, imò quod magis est, incumbit homini necessitas quædam talem actum edendi, aded ut non minus in tali casu peccet eam actionem intermittendo, quam absque circumstantiæ illius respectu deliquisset, Si id quod lege vetitum erat facere sustinisset. Exemplo lux hisce quoq; fœneranda. Naturæ lex prohibet, ne quisquam seipsum mutilet, vel membrum alieni corporis amputet, cum hoc factio natura corrumpatur & violetur, verum si periculum imminuerit toti corpori, gangræna latius serpente, incumbit homini ut præscindat partem, cui virus latius se diffusurum inest, ne progressu temporis contingat sinceram quoque partem trahi. Qui itaque intermiserit hanc curam, cujus beneficio ipsa recta ratio dicitur optimè subveniri posse toti, cujus pars latius serpente malo infecta est, nec ad conservationem integri, jacturam sustinu-

Minuerit facere partis, is contra naturæ  
 præcepta non mediocriter delinquit. Hoc  
 exemplum ad jus naturæ hypotheticum  
 refert D. D. Adamus Osiander vir admi-  
 rando ingenii acumine præditus, qui  
 hic loci distinguit jus naturæ in absolu-  
 tum & hypotheticum, dicitq; *in priori*  
*obligationem fieri absolutè & simpliciter,*  
*ut actus oppositus nunquam honestus esse*  
*queat, in posteriori fatetur actum juri op-*  
*positum & honestum esse & sine peccato*  
*exerceri posse, facta notificatione vel per*  
*præceptum aliquod singulare, vel per ca-*  
*sum absolutè & majoris necessitatis ab i-*  
*psa lege concessum & exceptum.* Præce-  
 ptum de reddendo deposito, ejusdem est  
 indolis cum hoc exemplo, cujus modo  
 meminimus, quibus addi potest jussum  
 naturæ, quo fidem alicui datam solvere  
 præcipit; unum horum qui novit, alte-  
 rum negotio haud difficili cognoverit.  
 nobis, ut modum operis animo jam du-  
 dum imperatum teneamus, sufficit hæc  
 verbo attigisse, videat qui hisce delecta-  
 tur, hæc verbis latis evidentibus exposita  
 in dissertatione Nob. D. Sillemarck/ nec non  
 apud Siricium.

Annot.  
 in lib. H.  
 Grot. d.  
 jure B. &  
 P. I. c. 1.  
 th. 10.  
 Obse 2.

Stigz.  
 disp. de  
 I. N. fun-  
 dam. c.  
 20. §. 21.  
 p. 87. 88.  
 Siric. de  
 un. ux.

Utrum hæc nobis inservire possint dispiciamus. Polygamiam præceptis I. N. in summo gradu collocatis, non esse contrariam, inde haud obscure colligitur, quod eò tantum pertineant illa I. N. præcepta, quæ in ipsa naturæ divinæ perfectione fundata sunt, quam ob rem ita cum illis comparatum est, ut qui ab eis recesserit, directâ acie ipsi Deo repugnet, unde tantum abest, ut Deus potentiâ suâ quantumvis absolutâ dispensare in ijs possit, ut ne quidem ullius circumstantiæ intuitu materiam legis tollere queat, aut objectum juris mutare, cum id implicaret contradictionem, & plurima, eaq; horrenda absurdorum monstra, pestifero nimis partu eniteretur, scilicet DEUM præcipere posse, ut eum odio prosequantur, & virulenta linguæ spicula in sanctissimum ejus nomen contorqueant mortales, parere enim præceptis mandatorum ejus, reverentiam amoris plenam insinuant, cum quo odium & blasphemia Dei nequaquam consistunt. Præterea DEUM mendacium amare & dicere posse; sed hac ratione se ipsum qui veritas est destrueret DEUS, periret simul omnis fidei nostræ certitudo. Tali-

bus



bus etiam Occamum, Petrum de Allia-  
 eo & Andream de castro novo premit  
 Excellentissimus Adamus Oslander.

§. IX.

Cæterum quid de secunda præceptorum classe dicendum, altioris est indaginis, *illa enim non sunt fundata in natura Dei*, ut egregiè observat D. D. Sircius, *quantumvis radicata sint in natura hominis à Deo condita*. Quemadmodum itaq; priora ad Deum directè & immediate, ita hæc ad eundem indirectè & mediâtè referri queunt, hominem verò vultu in eum directo respiciunt. Huic rei plus lucis accedere existimaverim, si, præter ea, quæ modo dicta sunt, animi acies dirigatur ad considerationem distinctionis præceptorum juris naturæ in duas tabulas, ad imitationem legis moralis, quam tabulis duabus comprehensam Deus populo tradidit Israëlítico. Illarum prima ea continet præcepta, quæ dilectionem Dei immediâtè concernunt, quæ eapropter directè ad eum referuntur, cujus intuitu, utpote objecti Optimi & potentissimi, hoc præceptum primi & maximi titulum meretur; ad illam prærogativæ eminentiam ei conciliandam faciunt præterea ordo, dignitas & Anis. Secunda vero ea mandata sibi ha-

32. bet insculpta, quæ directè concernunt homines, quantumvis & hic mediatè & indirectè summi numinis dilectionem agnoscere quis teneatur, quia mandato ejus obsequentes proximum suum propter eum magis diligunt; certè id faciendi necessitas omnibus incumbit, nisi iram ejus in sui perniciem elicere voluerint.

§. X.

Hiscè annumerare posset quispiam prohibitionem polygamiae, quam nemo facisè dixerit naturæ Dei immediatè adversam esse, cum enim apud Deum ne umbra quidem conversionis & mutationis locum habeat, non jungit sibi conubii carnalis vinculo spiritus simplicissimus ullam, ex qua prolem suscipiat, quemadmodum stupida gentilium vanitas, fictitiis suis Diis matrimonii fœdere junctas assignavit Deas. Concedendum itaq; non quidem directè esse contrarium naturæ divinæ, unam sibi quis elegerit sociam vitæ an pluribus simul cohabitaverit, naturæ tamen humanæ videtur polygamia directè adversari, quippe cujus naturæ omnipotens rerum conditor eum indidit naturalem instinctum, ut unus tantum uni matrimonii non solubili vinculo conjungi desideret, interim qui in naturam humanam pluribus

sc

se miscendo scæminis injurius fuerit im-  
 mediatè, etiam in Dominum & condi-  
 torem naturæ mediatè delinquit. Hæc  
 igitur viâ possit quis conari excusatum  
 ire V. T. sanctos, ut dicat in hisce ad se-  
 cundam I. N. tabulam pertinentibus  
 præceptis non quidem admitti dispensa-  
 tionem, cum ea vox I. N. Doctõribus  
 valde sit suspecta; nihilominus tolli ma-  
 teriam legis à Deo T. O. M. *qui hic non  
 agit ut legislator, sed utitur alia qua-  
 dam potestate que ei competit,* quæ sunt  
 verba judiciosissimi D. D. Adami Osian-  
 dri, licet is ea alii applicet exemplo. I-  
 deoque *mutatis objecto & circumstantiis  
 potest hæc actio non esse contraria legi  
 nature, quæ manentibus contraria fu-  
 isset.* Hinc tamen exculpi non potest i-  
 sta absurditas, quod ea, quæ juri naturæ  
 sunt contraria & intrinsecè mala, in ta-  
 li casu fiant bona & licita; sed potius id  
 hinc colligere licebit: Conjugium cum  
 pluribus uxoribus hisce circumstantiis,  
 connivente nimirum, concedente & ap-  
 probante summo Numine, non esse con-  
 tra jus naturæ, atq; sic neq; intrinsecè  
 malum, quoniam ab eo, in cujus omni-  
 potenti manu sunt omnia, extra ordinem  
 vulgarem, & supra communem naturæ  
 cursum, singularia hæc & ex sententia.

Annot.  
 in H. 3  
 de I.  
 B. & P.  
 l. i. c. 1. th.  
 10. Obs.  
 3. p. 187.  
 Calixt.  
 Theol.  
 moral. de  
 L. L.

84 Beati Lutheri Heroica Sanctorum facta,  
è complexu objecti juris naturæ, extra e-  
jusdem pomeria subtrahantur. unde  
injurius nimis fuerit in laudes S.P.V.T.  
qui eadem planè æstimatione metiri vo-  
luerit eorum cohabitationem cum plu-  
ribus unâ uxoribus atq; aliorum, qui ex  
solo libidinis pruritu, contra naturæ &  
Dei legem, pluribus se jam olim miscue-  
runt & adhuc hodieq; miscent foeminis,  
eoq; facto continuum committunt adul-  
terium: quod utiq; acie directâ pugnat  
contra juris naturæ præcepta de sectan-  
da puritate, amanda sanctitate, ample-  
ctenda castitate, quæ non tantum à vir-  
ginibus, sed etiam conjugatis exiguntur.

Tora, 4. *Sancti vero V. T. non turpis libidinis ex-  
diſp. plenda, sed augenda familiae gratia, plu-  
Marp. res sibi uxores adjunxerunt, sicut cum-  
85. ch. 72. patribus quibusdam dicit D.D. Menzerus.*

§. XI.

Ut in hanc quis propendeat sententi-  
am, permoveri potest non dicam propter  
conjugia fratrum & sororum circa na-  
scentis mundi incunabula, illa namque  
licet sint contra jus naturæ, non tamen  
obligant absolutè & simpliciter, sed in cer-  
to statu, supposita nempe humani generis  
sufficienti diffusionem; quam ob causam ea  
prohibens hypotheticis juris naturæ præ-  
ceptis

ceptis accensetur; verum ex intuitu matrimonii, cujus fœdera inivit Patriarcha Jacobus cum duabus sororibus, quas simul in toro conjugali habuit. Hoc ejus factum non admittere dispensationem exinde patet, quia præceptum illud Lev. 18. v. 18. ubi tale matrimonium cum duabus sororibus prohibetur, non est juris merè positivi, sed etiam naturæ, unde prona illatione colligere licet, immediatam non esse oppositionem dispensationis & peccati actu mortalis in S. Patriarchis; sed hæc talia aut peccatis ignorantia adscribenda, aut extra communem naturæ ordinem à juris naturæ objecto hæc esse subducta, ut modo dictum est. Hisce aliquantum lucis fœneratur exemplum Abrahami, qui parabat mactare filium. Non nocentis eadem meditari, aut ei præsentissimam intentare mortem, quin juri naturæ repugnet, nemo, qui modo intelligit quid jus naturæ sit, ignorat. Abrahamus tamen, licet id, facere decrevisset, non deliquit contra jus naturæ; quia attentatio mactationis, hisce circumstantiis, mandante vitæ & necis Domino Universalis, erat subducta extra ejus peripheriæ ambitum, quo continentur præcepta juris naturæ, id vero contigit modo

extraordinario & supra vulgarem naturæ cursum; si enim intra terminos juris naturæ contentum fuisset hoc facinus, amoris naturalis stimulos cordi suo infitos suffocando, nimium crudelis fuisset in filium; quod ipsum intrinsecè malum est, qualiscunq; tandem ejus prætexatur respectus, donec intra sinum naturæ continetur. Non equidem diffitemur Deum, pro competenti sibi potestate, interficere potuisse Isaacum, cum sit absolutus rerum creatarum Dominus, perinde etiam fuisse cujus manu ad voluntatis suæ executionem uteretur, Abrahami an alius alicujus; nunquam tamen intra limites naturæ manendo, id fieri potuisse, ut sine grandi scelere, igniculos naturalis instinctus extingueret Abrahamus. Manet ergo factum hoc fuisse extraordinarium, hanc intenerationem cædis supra communem naturæ cursum fuisse à Deo evectam, & Abrahamum adeo non deliquisse dum hoc facere paratus erat, ut in contrarium propendens, gravissimo inobœdientiæ crimine se polluisset, quia occidere filium ita juri naturæ repugnat, ut immediatè proximum, mediatè autem Deum respiciat, reverentia vero & amor, quo Deum suum colere ejusq; mandatis obsequi tenebatur, etiam cum post-

posi-

positione vitæ adeo sibi necessarii, immediate respiciebat ipsum Deum, cui ea propter cedere debebat naturalis erga filiū amor. *Præcepta namq; secunda tabula cedere debent præceptis tabula prima, nec tamen ideo cessant obligare, aut naturam præceptorum juris naturæ exuunt.*

S. XII.

Hæc & talia fatemur ad rei intricatissimæ evolutionem adferri posse; cæterum cum hæc munimenta difficulter existimemus manere inconcussa, impetentibus ea saltem non innumeris rationum contrariarū arietibus; tertiam adhuc sententiam adferemus, concedentes cuivis optionem eligendi quam harū voluerit, cum sine formidine oppositi, certā hujus controversiæ decisionem habere vix possimus. In hanc tamen sententiam fatemur nos magis inclinare, quā polygamia dicitur juri naturæ esse contraria, non quidem quatenus illud strictè accipitur, ita ut oppositum ejus cum tali turpitudine intrinseca est conjunctum, quæ divinitus quoq; sit indispensabilis, cum enim huic absoluta competat immutabilitas, difficulter hic admitti potest; Sed quatenus adeo extenditur, ut capacissimo ejus amplexu contineantur ea quoque, quæ recta ratio quomocunque è principiis juris natu-

re elicit, quare etiam illi oppidò sunt congrua. Hoc sensu acceptum juris naturæ vinculum à nullo hominum potest per dispensationem relaxari; quin tamen divinæ subjaceat dispensationi, non est dubitandum, quia absolute non est immutabile, ut contrarium ejus non possit à

Deo honestari. Quod de prohibitis gradibus dicit Excellentissimus Dn. D. Adamus Osiander, id nos commodè existimamus de polygamia dici posse, scilicet *eam esse juris naturalis, non prout inter prima principia & naturalia subsistit, sed ut à moralem positivam se porrigit.* Ipse namq; licet multis probare nitatur argumentis polygamiam non esse juris naturæ strictè sic dicti & divinitus indispensabilis, concedit tamen eam in lata significatione ad jus naturæ pertinere, *quatenus illa quoq; ejus continentur ambitu, quæ rectè ratio ex principis primis vel directè, vel proximè, vel remotè deducit.* In hanc sententiam videtur inclinare D. D. Hylsemannus, qui polygamiam congruam fatetur esse naturali equitati. Dn. D. Calovius rationibus in utramq; partem expensis tò ἐπιχειρῶν hic arripit, magis tamen in eam inclinat sententiam, quæ dispensa-

Annot.  
in H. G.  
de l.  
B. & P.  
l. 2. c. 5.  
ch. 13. obs.  
p. 773.

lib. & c.  
supra ci-  
tato, ch.  
9. Obs. 1.  
p. 751.

Extens.  
Brev. c. 31  
ch. 8.



tionem divinam hic agnoscit. Mag. Diecmannus negat quidem Polygamiam esse contra naturale jus, nihilominus tamen affirmat eam esse contra æquitatem naturalem. Hujus vero æquitatis naturalis illud esse consilium, ut, quia mulierem suam maritus se superflite alteri cohabitare viro non vult, hinc nec ipse durante vinculo matrimoniali cum prima uxore, alteri consvescat, adeoque quàm omnem ab uxore amorem in se unum conferri gaudet, tam quoq; vicissim eum in nullam aliam deriveet. Et post pauca: Quæ monogamie præ polygamia æquitas pariter ac utilitas sine dubio tum sapientissimum legislatorem Deum movit, ut hæc exterminatâ ad illam totum genus humanum in primo statim conjugio obligaret, tum vero etiam non paucis, inter enoratiores, gentibus calcas subdidit, ut sinam monogamiam in suas respublicas intromitterent. Hæc, pro ratione instituti, de præsenti materia dixisse sufficiat; cujus meditatione si nihil aliud effectum, id tamen didicimus, cognitionem nostram valdè exilem esse, ut nec ad ea pertinere valeat, quæ omnium oculis & au-

Iteratis  
legis mo-  
nogamie  
cæ vini-  
diciis no-  
1. pag 58y  
& 59e

90 ribus quotidie obversantur; quam ob ca-  
sam illis quidem satis videntur expedita  
qui per transennam hæc talia introspecier-  
unt, aliud vero nobiscum dicet is, cui  
horæ non pauca hæc perpendendis sunt  
consumptæ: quò enim longius hic ar-  
gumenta examinando quis progredie-  
tur, tantò majores ei se sistunt difficul-  
tates, quæ etiam judicii acumine præstan-  
tissimis negotium facessunt. *Es propter*

Joh.  
Henr.  
Boecler.  
lib. com.  
ment p.  
m. 57.

*jam pridem inter ea questionem istam  
suspectavimus, quæ suspensam ambiguis  
sententiis varioque judicio mentem di-  
stinere potius quam expedire instituunt.*

Proleg.  
in lib. de  
jure B.  
& P.

Ut æqui mihi concilem lectoris animum,  
verbis Hugonis Grotii supremam huic  
dissertationi manum impono: *Si quid hic  
pietati, si quid bonis moribus, si quid Ec-  
clesiæ Christianæ consensui, si quid ulli ve-  
ritati dissentaneum à me dictum est,  
id nec dictum esto.*

SOLI DEO GLORIA.

Δ **D**issertationem, pro honoribus Philo-  
sophicis, elaborationis exquisitæ,

VIRI Eruditione & Virtutibus clari

DN. I S A A C I Pūlman/

In Scholâ Cathedrali Aboënsi Cantus  
Directoris perindustrii, nec non Philosophiæ  
Candidati dignissimi, Amici suavissimi.

οι Προσφώνησις.

**Ε**Ννομα μετ' ούλης θυμῶ τε, λόγῳ τε, πόνῳ τε;  
ΤΨμέδων ἔρδειν ὡς σ' ἐκέλευσε Θεός.

Οὐδὲ γε σέιο νόον μιαινοῖσι κακοῖσι μίαινεις,  
Ὅσις ἀν ἦε κρεδὴ ποτνιος, ἔτα λόγῳ.

Τχὶ καὶ ἔκπρηξῆς κακότητος δόγματ' ἀπηνῆς:  
Μηδὲ μένει δειλῶν δόγμασ' ἀδρετόκοις.

θ' ἔρδασιν οἰζυρῶν ἀιχερῶν φρένες ἀνδρῶν,  
Οὐλόμεν ἀρραλέως ψεύδεια βαζόμεναι;

ε τε γαμοκλοπίαν κύπριν ἢ ἐπιρρασίμον ἀσκείν,  
Τὴν πολλὰῖς σπῶσιν Θήλυσιν δετ. γέμισ'

περ ἐμῆ Πίλμανη βαθὺν διὰ πόνον ἀνύσσε,  
ὦν κρευερῶ σβέσσει τιρόμενός κε δόλχε, (ἀδρε

υς κρευερῶ βιάλης ἀνοφεροῖς ὑπὸ κεύθμασιν  
Χρητ' κατὰ περ φανεραῖς καὶ φύσις αὐτὰ συγεί.

ἔβροτον ἐμπεδέως κῦδος σοι ἔσπῆται ἦδη,  
Ἄγλαόν ἐσσι φέρων ἐντα καὶ ἐντα κλέθ.

γέησιν ἐπ' ὀφρασί νεῦσε Θεός στο μόχθοις  
ἦν πῶσιν ἢ ἐσθλοῖς καὶ ἄφθιτος ἔσθι βροτοῖς.

Quam sinceri amoris, debitiq; officii  
causâ adposuit

DAVID ΕΙΜΩ.

Laudibus ecce quibus, Musarū strenue miles,  
Cultor qui fueras Palladis assiduus, (cer-  
sis dignus, satis hæc mōstrat, quam cernere l-  
Passus es hic primus, candide materiam.  
Tantis pro meritis, Pilsman tibi laurea ferta  
Et titulos pulchros, turba novena parat.  
Vive igitur foelix, per multos Nestoris annos  
Ut noscant nomen, postera secla tuum.

ISAACUS Lund.

Qui cumulat gemmas nitidum quoque, pro-  
dicat aurum,  
Hunc satis ingenii, culte calamiq; vigore  
Laudibus ad cælū fert turbida turba Tribus  
Ast erit in vili numero qui colligit hæc  
Gemmas, quas possit malè perdere scabra rubig  
Deditus huic panis, operæ dexterrimus author  
Non fuerat, certum minuitur Pallas honore  
Ergo ipsi; superat nunc Dissertatio docta  
Squallida quæis solvit pederet in vincula rubi  
Hicque labor mælis, quem nec Jovis ira nec ign  
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetust.  
Dissensus validos numerat discussio presen-  
Quos hic componit solidis rationibus aptè.  
Erigit errantes, rectum iustumque tuetur.  
Hinc floret semper PILMANNI fama decusque  
Nil aliud restat; placeat super addere votum  
Te Deum informet, roboret, sed & ordinet ora  
Te regat & seruet cali moderator & orbis  
Galica sermone precor pariter tibi Christig ador.

GABRIEL TMAUVONIUS. C